

habet tunc primum esse: quia tunc forma immediate succedit privati-  
ni, & sicut genitum habet primum in esse: sic corruptum habet primum  
in non esse: sed si aliqua virtute conservatur aliquod ens in esse, in-  
aliquo instanti ultimo, ibi tunc non esse dat primum non esse: ut est  
de illa creatura permanente, que non habet esse, nisi per instantem Uni-  
versaliter autem dico, quod in succedentibus ibi invicem, sive in op-  
posita privativa, sive contradictoria, sive quasi contrarie: quia ambo  
sunt politiva: nonquam est dare ultimum precedentis, & cum hoc pri-  
mum consequens: quia tunc opposita silent in eodem instanti, vel uno  
instantia immediata: semper tamen alteram est dare, scilicet vel ultim-  
um prioris, vel primum posterioris: quia dividibile non est immediatum  
nisi indivisibilis: & successio ibi invicem sive opposita immediata.  
Cum igitur illa, que accipiunt non esse post esse, quedam sunt  
raptim transiunt, quedam permanentia naturaliter genita, vel cor-  
rupta: quedam autem possunt esse entia permanentia virtute divina  
producta, vel corrupta. In primis, scilicet raptim transiuntibus est  
dare tam ultimum, quam primum in esse: quia illud inflatus, in quo  
solo habet esse, & idem nec est date primum, nec ultimum in non esse:  
quia tamen in toto tempore terminato ad hoc instanti, quam in toto tem-  
pore sequente hoc instanti, habent non esse. In secundis autem est dare  
primum in esse, sed non ultimum: & similiiter in non esse est dare pri-  
mum, & non ultimum: sicut explicitum est prius pro intentione Philo-  
sophi. In aliis autem, que per virtutem divinam producentur, vel de-  
struuntur possunt esse uterque ab omni modorum: & etiam tertio modo,  
scilicet quod sit ibi dare ultimum in esse, & non primum in non esse:  
quia illius virtus potest in quocunque modum successions unius ad alterum:  
que non includit contradictionem. Ad aliud dico, quod insipit  
dupliciter exponit: uno modo cum positione praesentis, & negatione  
præteriti: sic sit est, est, & non primum iuit: alio modo per negationem  
positionis, & positionem futuri, sic, non est, & erit. Similiter definit  
dupliciter exponit. Dico igitur, quod secundum unum modum ex-  
ponendi verum est, quod siquid aliquid incipit, & definit: sicut rapti  
transiens incipit. Hoc est, est, & non ruit: & definit est: hoc est, est, &  
non erit: ubi utrobiusque affirmatur esse, & negationes illa hinc, & inde,  
scilicet non sicut, & non fore non sunt opposita, per se autem repa-  
reantur importantur incipere, & definire secundum illos intellectus,  
in quibus est aliquid idem affirmatum, & negatum: vel opposita ali-  
qua includuntur.

Ad primum argumentum principale patet ex secundo articulo principi-  
pali: quo modo primum antecedens est secundum, scilicet quod aliquid po-  
test creari, & nonquam conservari. Hoc enim tantummodo est ratione  
alterius, & alterius respectus important in hoc, quod est creari, & con-  
servari, scilicet respectus ad oppositionem, scilicet ad non esse precedentem,  
quantum ad creationem, & ad ipsum inter esse, ut præhabitu, quantum  
ad confirmationem: qui duo respectus sunt tantum respectus rationis.  
Primum est respectus negativus: quia ad non esse: & nullus talis est rea-  
lis. Secundus est ejusdem ad idem præhabitu: nec primum ad idem esse

non habetur, non est autem verum ratione respectus ad causam. Et  
cum intetur: igitur potest habere respectum ad Deum creantem, &  
tamen nonquam habere respectum ad Deum conservantem concedi pos-  
tell, si uniformiter accipiatur: hoc est, quod Deus nonquam dat  
conservare illud, quantum ad totum, quod importatur per conservare:  
si autem intelligatur, quod nonquam habebit ad Deum respectum il-  
lum, quem importat hoc, quod est conservari a Deo, qui est respectus  
dependentia ad causam in effendo, neganda est consequentia: quia esti  
nonquam habebit respectum dependentia: cum illo alio, qui est quasi  
successio ad seipsum: tamen illud, qui est dependentie necessario  
habebit: & tunc in ultima consequenti non potest plus concludi, nisi  
quod totum quod importatur per illum terminum, creari, non est  
idem tamen, quod importatur per conservari, scilicet duplex respectus  
hic, duplex respectus ibi, quoniam verum est: quia licet illud, qui com-  
mutante utrobiusque importatur, sit omnino idem: tamen aliter, qui  
importatur in hoc, quod est creari; alius est ab illo altero, qui impor-  
tatur per hoc, quod est conservari.

## QUESTIO XIII.

*Urum actus cognoscendi, & appetendi, sive essentia litteris absoluti,  
vel essentia litteris relativi?*

D E creatoris in speciali tantummodo quarebatur de creatura viven-  
te: & hac vita sensibilia, & intellectiva: & erat qualiter com-  
muni omni viventi haec vita, vel illa, & erat illa: Urum actus co-  
gnoscendi, & appetendi sive essentia litteris absoluti, vel essentia litteris rela-  
tivi? Arguitur quod relativi: quia talis actus non potest intelligi, nisi cointellegendo terminum: absolutum autem potest intelligi, non  
cointellegendo aliquod in relatione termini: igitur, &c. Prima probatur:  
quia non potest intelligi quod sit visus, nisi sit aliquid visibilis, vel ob-  
iecti. Minor de se est manifesta. Contra, talis actus est qualitas omni-  
autem qualitas est forma simpliciter absoluta quia genera sunt imper-  
mixta: ergo, &c.

Quodlibet ita non queri que de actu terminato ad cognitionem tanquam  
ad terminum, quo scilicet actu producitur, vel educitur, vel inducitur  
ipsa cognitione: sed queritur de actu cognoscendi: qui, scilicet est ipsa  
cognitionis actualis, ita quod illa actus, si dicatur actio, non intelligitur,  
quod sit de Genere Actionis: quia ipsa est semper ad terminum aliquem  
anticipentem aliquo modo esse per ipsam actionem: sed intelligitur,  
quod sit actio, hoc est, operatio, quia agens tanquam actu ultimo  
perficiatur. Ex breviter ad causum loquendum in toto ista questione,  
intelligitur hoc nomen actio pro ratione de Genere Actionis: que sci-  
licet est actio productiva: vel falso aliquo modo faciens ad esse termini  
per ipsam ponendi: & hoc nomen operatio, intelligitur pro actu in-  
trinsico, quo ipsam operans perficitur ultimate. Item, licet qualiter  
generaliter posset intelligi de respectu ad objectum, vel subjectum: ta-  
men argumenta videtur restringere eam ad primum intellectum. Est  
igitur intellectus questionis primo tractandus iste: An actualis cogni-  
tio sit essentia litteris relativa ad objectum cognitionis, & similiter de actuali  
appetere.

Ubi tria sunt videnda. Primo quod in omni intellectu, & genitiliter operatione quacumque, de qua loquimur, est aliqua entitas absoluta. Secundo, qualiter illud absolutum habet aliquam relationem ad objectum ibi annexam. Tertio, an illa relatio sit actus illi essentia.

Prima conclusio probatur explicite. Primo sic: ultima perfectio substantiae viva noua est sola relatio: operatio est huiusmodi perfectio substantiae viva, quae nata est operari, puta vivens vita sensu, vel intellectu: igitur operatio non est sola relatio: igitur, &c. Major probatur, quia sola relatio non summa appetitur appetitu naturali, & electivo naturae per se sibi apparenti: sed ultima perfectio naturae viventis a cali natura summa desideratur desiderio naturali & de quo intelligi potest illud Augustin. 13. de Trinit. cap. 4. *Becas omnes esse voluntates*; quod semper verum est. *Vive de beatitudine*. Non cogitemus, vive non: & tandem haec actuali cognitione non est in nobis actuali *vivere voluntatis*. Ibi etiam vult quod quidquid aliud quicunque latenter vellet, ab hac voluntate communis non est cedit, differatur etiam vultus domus electio voluntatis bene disposito. Minor probatur etiam per Philolophum, 1. & 10. *Ethicorum*, ubi vult, quod felicitas, que est finis ultimus naturae intellectualis, & per consequens summa desiderabilis, est operatio optima, vel confitit in operatione optima. Idem vult 12. *Metaphysicae* & 6. usi de Deo loquens dicit, quod si non intellegat, quid utique est insigne. Et statim pot. si non est hoc, quod sua intelligentia, sed potentia, non est utique opima substantia: Per intelligentiam intelligit aqualem intelligentem: nam ad probationem dicti consequens statim subdit: per intelligere enim ei bonitatem insit. Idem hunc dicit 2. *Metaphysicae*, ubi vult, quod actus est prior potentia, non solus tempore, & ratione, sed etiam substantia: hoc est perfectionis a unde in probatione illius videntur; quod actus prior est substantia, exemplificat ipsa, ut vir puer, & homo spermate: & conclusionem sic intellectus ibi probat: quia gratia actus tantum finis summa ordinata ad actionem: sicut declarat hic in multis exemplis. Similiter auctoritates multe de fine ultimo, & summa desiderabilis, qui est beatitudo, vive dicant de cognitione, sicut illa Aug. *Vivere est tota mercede*. Si ve loquuntur de dilectione, sicut de Doctrina Christiana; *summam mercedem est, ut ipso perficiatur*; fatetur in hoc omnes convenient, quod finem ultimam, & maxime desiderabilem dicunt esse operariam, vel in operatione consiliter. Secundo probatur conclusio principali sci: Relatio proprie dicta non est nova sine novitate alicuius absoluti prioris, & hoc in substantio, vel in termino: operatio autem potest esse: nova sine novitate cuiuscumque alterius prioris absoluti in ipso operante sine etiam coniunctioni alterius abiecti novitate in termino: igitur operatio non est praecise ratio proprie accipiendo relationem: igitur, &c. Major probatur, tunc per Philosop. 5. *Physicorum*, ubi veget motum in Ad aliquid, & expensis in 7. ubi vult, quod ad virtutem, & malitiam non est alteratio: quia sunt ad aliquid. *Hoc autem, quae ad aliquid neque generationes sunt, neque generativa est in formam, neque alteratio ratione*: Hoc ille. Tum per rationem: quia est aliquid propriè dicta necessario fe-

qui-

quitur extrema finalis finis, & ita non patet esse nova sine novitate aliquipus extremi. Minor probatur, quantum ad primam partem: quia illud, quod ex de potentia accidentiali ad actum, non recipit aliquam formam novam priorem ipsa operatione: quia tunc non sufficit prius in potentia accidentiali, sed essentiiali. Secunda pars minoris est manifesta. Pater enim, quod est absolute advenit vitium: quando videtur. *Nec intelligibili*, quando intelligitur. *Sed* & confirmatur de aliis. *Preterea*. Omnis relatio realis in fundamenatum suum proximum, vel rationem fundam proximum necessario consequitur, vel concomitatur: & hoc, postea termino: num autem ipsum potentiam operativam non necessario concomitatur relatio aequalis ad objectum: igitur ipsa potentia non est proxima ratio fundandi talen relationem: igitur si ponatur aliqua relatio aequalis operantis ad objectum, oportet dare sibi pro fundamento, vel ratione fundandi proxima, aliquipus posterior ipsa potentia, & quasi medium inter ipsam potentiam, & illam relationem: tale quid non videtur posse ponit, nisi ipsa operatio: num autem illud, quod est proximum fundamenatum relationis, vel proxima ratio fundandi eam, aut est absolute, juxta illud: de Trin. cap. 1. *Omnis quod relative dicitur, est aliquid exceptio relativo*: aut taliter non est praecise illa relatio, cuius est fundamenatum vel ratio fundandi. *Igitur operatio non est praecise relatio operantis ad objectum*; & pati ratione operatio non est praecise aliqua relatio. Ex hac conclusione sic probata concluditur alterius propositionis sic: Si hac operatio est praecise respectus, tunc est relatio: quia respectus quem Philolophus concedit aliquo modo convenire operationi, est propriè de Genere relationis, & pertinet ad tertium modum relativorum; ut patet ex 5. *Metaph.* cum ipsius operatio non sit praecise relatio, ut probauit rationes jam posse: sequitur, quod non sit praecise respectus, & per consequens est ibi aliqua entitas aboluta: quod est propositum in isto articulo.

De secundo articulo principaliter tria sunt videnda. Primo arguitur, quod in operatione necessario est aliqua relatio realis ad objectum. Secundo, dicitur qualiter hoc sit intelligendum. Tertio, videbitur de rationibus ad illud prolatum probandum. Primum ostenditur tripliciter, & hoc correspondenter triplici probationi poscite in primo articulo. Primo ex ratione perfectionis, que fuit medium in prima ratione. Arguitur sic: ultima, & summa perfectio naturae operativa non potest esse sine reali relatione ad objectum perfectissimum, circa quod ipsa natura est operari: operatio autem est summa perfectio talis naturae: igitur, &c. Major probatur, quia si summa perfectio natura vive diceretur aliquid, in eius se, ipsa substantia nec hoc modo est summa perfectio, quia substantia est perfectio quoquecumque sui accidentis, secundum Aristotelem 7. *Metaphysicae*. Si igitur concedatur beatitudinem creature esse accidentis illi naturae beatificabilis, & cum hoc summa est eius perfectionem: hoc non potest ponit, ut est aliquid ad se, sed praecise, in quantum connectit, vive, coniunctus fini ultimo simpliciter, scilicet objecto exirendo, quod per ipsum attingitur: ipsa igitur relatio ad ipsum objectum est formalis eti-

cio.

tio, proprie quam beatitudo dicitur summa perfectio. Confirmatur hoc per illud Augustini 12 de Trinit. cap. 5. vel 15. ubi alius definitionibus beatitudinis reprobatis, concludit, quasi pro vera definitione. **Beatus** igitur non est, nisi qui habet omnia, que vult, & nihil malis vult. Ex hoc arguitur, quando concretus est predicatione per se primo modo, lequitur quod abraham predicatorum de abstrato i patet in exemplo 3. album est coloratum per se primo, & per consequens non ratione subiecti, sed ratione forme, & ideo hoc est vera, abedo est color: igitur si haec est vera primo modo; **beatus** habet quidquid bene vult, sequitur quod beatitudo est (ut na dicam) habito cuiuscunque bene voliti; nunc autem habito, vel bavere videtur per se importare relationem. Praterce. Juxta secundum medium, scilicet de novitate absoluti, arguitur hic. Ad formam absolutum novum potest esse per mutationem; ad operationem, puto intelligere, vel huiusmodi, non potest esse per mutationem: igitur. &c. Major probatur: quia forma ab soluta potest acquisiri fabecto non tantum per accidens, scilicet ad acquisitionem alterius, sed per se propria acquisitione, quia potest primi per se succedere sine proprie privatione. Minor probatur per Philosophum 7. Physic. dicentem: Neque in intellectiva parte animae alterius, sensus eius maxime ad aliquam dictatur, & multa ibidem tam in litera Philosophi quam in commento videatur esse ad hanc intentionem. Praterce. Juxta tertium medium, scilicet de distinctione relations, & fundamenti eius, arguitur sic. In cuius substantia est relatio, illud non est aliquid abolutum, sed in tercio modo relativorum in substantia unius extremi, scilicet mensuratur, est relatio: operatio enim referunt ad objectum illo tertio modo: igitur &c. Major probatur: quia ab soluto non includit in sua ratione essentia, & relativa: quia tunc esse per se ad alterum: per illud respectum inelutum, & ester per se non ad alterum, sed ad se: quia ponitur ab soluto. Minor patet per Commentatorem 3. Metaphysica, ubi vult, quod in tertio modo relativorum relatio est in substantia alterius extremitate tantum, sicut in ratione intellectus, & non in ratione intellecti, vel intelligibili: relatio, inquit, non est in substantia intellecti, sicut est in substantia intellectus: igitur, &c. Ibi etiam illud verbum Philosophi, idem bis diceretur, exponit sic: intellectus non refutatur ad intelligentem, sed ad intellectum: quia si ita est, tunc intellectus constitueretur per intelligentem, & videtur esse e converso. Ex quo sequetur, quod illud quod constitueretur per aliud, constituerat illud: sicut ipse arguit, quod intellectus, si diceretur ad intelligentem, constitueretur per ipsum: ita intelligi, quod constitueretur per intelligibile, ad quod dicitur, non autem constitueretur per illud, si est in se aliquid abolutum.

Ceterum secundum in isto articulo distinguo de operatione, & est distinctione in actu cognoscendi i potest tamen ponit forte in actu appetendi. Aliqua ergo cogitatio est per se existens, sicut quia contingit objectum in sua propria existentia actuali. Exemplum de visione coloris, & communice in sensuors sensus exteticis. Aliqua etiam est co-

gnitio objecti, non ut existentis in se, sed vel objectum non existit: vel falso illa cognitio non est ejus, ut actualiter existenter. Exemplum, ut imaginatio coloris: qui contingit imaginari rem, quando non existit, scitur quando existit. Confundit dilectione probatur potest in cognitione intellectiva. Hoc probatur primo, quia patet, quod aliqua potest esse intellectio non existentes: aliqua etiam potest esse objecti existentes, ut existentes: quia talen habebit **Beatus** ex objecto beatifico, alioquin potest aliquis esse **beatus** in objecto, esto per impossibile, ipsum non est ex illo, de quo dicitur habere claram visionem, sive faciem; propter hoc, quod actus ejus cognoscendi tendit in illud, ut in se praesens in propria existentia actuali. Secundo probatur idem, quia quicquid est percepitionis in cognitione, magis potest competere cognitioni intellectiva, quam sensitivitatem: nunc autem potest attingere objectum in se realiter perceptionis est, ubi non vilesceret potentia aringensis propter imperfectionem objecti: ergo intellectus potest habere actum, quod ita attingat objectum in sua reali existentia, falso illud objectum, quod est nobilis tali intellectu, vel aqua noble. Et si concedatur de intellectu nostro, ipsum, scilicet potest habere talen actum cognitionis, quo attingat rem, ut existentem in se, pari ratione potest hoc concedi de quocunque objecto; quia intellectus noster est potest respectu euangelique intelligibilis. Contra itam distinctionem arguitur primo hoc, quod intellectus noster in cognoscendo abstrahit ab his, & nunc, & pari ratione ab omni conditione existentis ut existentes: igitur non competit sibi aliquid per se intelligere, & ut existens.

Praterce. Si sunt duas tales intellections possibiles intellectui nostro, tunc pari ratione ejusdem objecti poterunt esse duas tales. Quero tunc quomodo distinguuntur, non numero tantum, quia duo accidentia ejusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto simul, nec specie: quia five actus cognitionis accipiunt speciem, a potentia, sive ad objectum, cum his, it eadem potentia, & idem objectum, non poterit, non differantur specifica.

Ad primum illorum dico potest, quod distinctione, que ponitur comunitate inter cognitionem intellectivam, & sensitivam ex parte objecti, pura, quod intelligimus universale; sensitivus singularis, & quaecumque distinctio alia sita correspondens, non debet intelligi tanquam inter potentias disparatas ex aequo, sicut est distinctionis visus in videndis coloribus: ab auditu in audiendi sonos, sed debet intelligi distinctione intellectus a sensu, sicut potentia superioris cognitiva ab aliqua cognitiva subordiuata sibi, & per consequens, quod potentia superior potest cognoscere aliquod objectum, vel sub aliqua ratione, quod objectum, vel sub qua ratione potentia inferior non potest cognoscere, non tam est converso, quod inferior possit aliquod objectum, vel sub aliqua ratione cognoscere, quin superior possit etiam perfectioni modo objectum illud cognoscere, & sub eadem ratione cognoscibilitas ex parte objecti, & sic potest concedi, quod intellectus potest cognoscere objectum non ut hic, & nunc: quia sub ratione quidditative absoluta: sensus

autem non potest sic cognoscere obiectum : quia est virtus limitata ad cognoscendum ipsum iub ratione existentis ; sed non propter hoc intellectus determinatus ad cognoscendum obiectum sub modo eponymous quis indifferens est ad cognoscendum iustum iub utroque modo . At secundum concedi potest , quod sive due cognitiones eisdem obiecti simili , sic quod non distinguatur obiectum ab obiecto , sicut essentia an existentia quia sive inter ista sit aliqua distinctione obiecti , tamen non sufficienter ad propounding : quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiva . Sicut enim scientiam , sic existentiam possum intelligere , sicut non sit realiter extra intellectum . Dicuntur igitur cognitiones distinctae , & hoc secundum speciem propter rationes formales motivas hinc , inde : quia cognitione intuitiva res ex propria existentia est per se motiva obiective , in cognitione autem abstractiva est per se motiva aliquid , in quo res habet esse cognoscibile : sive sit causa virtualiter contingens rem , ut cognoscibilem , sive sit eius res , puta species , vel similitudo representativa contingens ipsum , cuius est limitatio .

Illa distinctione actus cognoscendi supposita potest dici , quod primus , scilicet , qui est rei existentie necessarius habet annexum relationem realis , & actualis ad ipsum obiectum : & ratio est , quia non potest esse talis cognitio nisi cognoscens habeat actualiter ad obiectum talent habitudinem , que necessario requirit extremitatem in actu , & realiter distinctam , & quia etiam naturam extremonum necessario consequitur . In speciali autem videtur esse duplex relatio actualis in illo actu ad obiectum . Una potest dici relatio mensurata , vel verius mensurabilis ad mensuram . Alia potest dici relatio univens formaliter in ratione medi ad terminum , ad quem unit , & illa relatio media uenient speciali nomine potest dici si ratio attingens alterius , ut termini , vel tendenter in alterum , ut in terminum . Ista autem distinctione duarum relationum , scilicet mensurabilis ad mensuram , & attingens ad terminum , fatis videtur esse inservia , quia utraque ab alteri separata potest sive in existentia , sive habet rationem mensuram respectu interioris : nec ramus temper interior habet respectu superioris rationem attingentem , de qua loquimur : actus etiam voluntatis , vel intellectus totaliter causans obiectum videtur habere relationem respectu ejus , ut termini intellectus , vel voluntatis , sive illa relatio sit realis , sive rurum rationis : non tamen talis intellectus , vel voluntas habet respectu talis obiecti relationem mensurabilem , sed magis relationem mensurae . De prima relatione scilicet mensurabili , loquitur Aristoteles <sup>3</sup> . Metaph . quod illa propterea poterit ad tertium modum relationum . Ubi secundum est , quod aliquid mensurari est intellectum de ejus quantitate determinata per aliud certificari , ita quod mensurari importat respectum ad intellectum , cui sit certitudo & ad mensuram , per quam sit certitudo . Prima non est realis : sicut nec scilicet ad scientiam . Secunda est causati non in esse , sed in cognoscere ad causam in cognoscere , & hoc est relatio realis , quantum est ex parte dependente causati ad causam , que dependente est ratione extremonum , & non tantum per actum intellectus comparans hoc

ad illud : tamen quia sita habitude dependentia ; non quidem ipsius cognitionis ad causam cognoscitorum , que bene est realis ; sed dependentia obiecti , ut cogniti , ad obiectum , ut per quod cognoscitur , elicit extremam non ut habentia esse reale , sed tantum ut habentia esse cognitum : ideo illa habitudine non est simpliciter realis , nec tamen est ita pure relatio rationis , sicut est illa , quia est universalis ad singularia : vel illa , quia est contradictoria ad contradictorium : quia Aristoteles non dicit relationem in tertio modo esse mentitur ad mensuram , sed esse mensurabilis , hoc est aperte nisi mensurari ad mensuram , hoc est , aperte nam mensurare . Quod sic potest intelligi : sicut enim ex dictis patet , mensurabilis actualiter est actualiter pendere in cognoscere , ita mensurabile dicit aptitudinem & vel potentiam dependenciam in cognoscere vel dicit dependenciam in cognoscibilite . Unumquodque autem se habet ad cognoscibilite , sicut le habet ad existitatem ; igitur per mensurabile intelligitur illud substantia ratione cuius hoc est mensurabile , & illud est entitas causata , vel participata , ut sic in tertio modo relativorum , per hoc , quod est aliquid dici , ut mensurabile ad mensuram , intelligitur dici tamquam dependens in entitate ad illud , a quo participat entitatem , sicut est relatio simpliciter realis ex parte mensurabilis in tertio hoc modo : qui illud intelligitur ens per participationem vel imitationem respectu alterius . Ulterius ad propositum , cum aliquid possit multipliciter participare perfectionem ad alio , actus cognoscendi , sive participative se habet respectu obiecti , sicut similitudo de respectu cuius est . Non dico similitudo per communicationem ejusdem ratione , sicut est alibi ad album , sed similitudo per imitationem , sicut est ideat ad ideam . Secundus actus cognoscendi , qui scilicet non est necessario existens & ut existens , non necessario habet relationem actualiter ad obiectum , quia relatio realis actualiter requirit per se terminum realis , & actualiter : tamen illa secundus actus potest posse habere ad obiectum relationem realem potentiam , & hoc primam , de qua in praecedenti membro dictum est , scilicet mensurabilis , vel dependentia non autem secundum , scilicet univens , vel attingentia . Potest etiam illa cognitio habere ad obiectum relationem rationis actualium , sed illam necessario requirit ad hoc , quod sit ipsum obiectum . Simus ergo hic quatuor declarari . Primum , quod cognitio actualiter habet relationem realem potentiam , & aptitudinem , scilicet mensurabilis ad obiectum , etiam non exilium . Hoc probatur , quia illud , quod habet relationem actualium ad terminum existentem , & quantum est ex parte sui tempore uniformiter se habet ad illum , habet relationem aptitudinem ad illum terminum quando non est existens , operatio efficiendi modis : quia est aliquid mensurabile per obiectum , hoc est , aptum natum in entitate sua dependere ad obiectum , hoc in speciali tali dependencia , qualis est ejus , quod est similitudo per imitationem , vel participationem ad illud , cuius est similitudo . Hec omnia quoniam est ex parte fundamenti existent in actu , si terminus est in actu . Secundum scilicet de relatione attingentia ad terminum , qui attingitur , potest dici , quod cognitione abstractiva non convenit tali relatio realis , vel aptitudinalis . Probatur ,

qua non convenit fundamento, quantum est ex parte ejus, nec sibi competet in actu, si terminus ponetur in actu, quia terminus non est natura per illum actuū attingi, ut actu existens. Tertium, scilicet de relatione rationis in cognitione abstractive, potest duplicitate intelligi. Uno modo sic, quando terminus non habet esse realē, sed tantum esse in intellectu, tunc ad ipsum non potest esse nisi relatio rationis, quia non potest relatio verius habere esse, quam terminus ad quem est nunc obiectum, quod terminat cognitionem abstractive, non poterit habere esse, nisi in intellectu: igitur, &c. Alter potest esse intellectus talis; actu intelligendi obiectum abstractive potest intelligi actu reflexo: cum enim ista intellectio sit similitudo naturalis obiecti per obiectum cognitum, potest illa cognoscendi reflectendo, & intellectus sic cognoscens illam cognitionem potest comparare ipsam ad obiectum: ipsa autem, sic comparata per actuū intellectus, retinet relationem rationis. Inter illas duas relationes rationis una est differentia. Nam secunda huc potest esse obiecti non existentis, sic potest esse cognitionis non existentis, si tamen illa cognitionis sit in intellectu, & per intellectum comparata. Prima autem relatio non potest esse nisi actu existens, & non ut obiecti cogniti per aliquum actuū reflexum, nec per intellectum comparari. Ex hac differentia sequuntur alia, scilicet quod secunda relatio est rationis, quantum est ex parte, utriusque extremi. Prima quantum est ex parte obiecti, est rationis: quantum autem est ex parte actu, est realis: quia videtur sequi naturam actus, & non tantum competere illi actu, ut obiecto intellectu, vel comparato. Contra hoc omnis realē non requirit tantum ad naturam ejus consequens, vel concomitans aliud non realē: igitur actuū cognoscendi realē non habet relationem rationis concomitentem ipsum ex natura sui. Respondeo, per actum cognitionis obiectum habet esse cognitionis, & ideo potest naturam actuū sequi aliqua habitudo, que sit ad obiectum, ut habens tale esse. Ex hoc patet quidem, quoniam scilicet relatio rationis necessaria concomitans, quia hoc verum est, de prima relatione rationis; nam sine secunda potest cognitione ipsa, esse sicut actus rectus sine reflexo consequens, & multo magis potest obiectum terminante actuū illam absque hoc, quod haberet relationem rationis ad actuū. Secunda contingente causatur post actuū intellectus regere; igitur non luit in objecto necessaria ratiō terminandi illum actuū.

Nunc tertio in isto articulo respondentium est ad argumenta facta in prima parte hujus articuli, pro quanto videntur minus includere. Ad primum, concedo, quod operatio, quae est ultima perfectio naturae operantis, necessaria habet annosam relationem, puta si loquimur de operatione beatissima hominis, vel Angeli, ita necessaria est existentia, ut existens, quia si sit cognitus, est intuitiva; si sit volitio, est necessaria concomitans intentionem; sed cum dicatur, quod ipsa est ultima perfectio praeceps in quantum connectit cum obiecto: dico, quod ultima perfectio potest intelligi, vel aliqua summa perfectio per se una, vel perfectio integrata ex illa, & omnibus necessariis concomitantibus.

Primo modo dico, quod operatio est ultima perfectio, & est simplicitas perfectio quoconque concomitante ipsam, etiam illa relatione, quam formaliter importat connexio; quia si possim habeat operationem beatam, sine illa relatione essem beatu: non autem illius beatu: si haberem relationem sine operatione. Istud patet de beatitudine Dei, quae formaliter consistit in operatione, secundum illud Philosophi duodecimo Metaphysice, ubi de eo loquentur ait: Si non intelligas quid est in fine, Ut venerabile, sed se habet quemadmodum, si dormiens, sive intelligit, Ut non est hoc, quod sub intelligencia, sive actualis intellectio, non est usque optima subtilitas. Et probat consequentiā per intelligere enim ei contrarie inefi, & tamen beatitudine ejus non requirit relationem inter operationem, & obiectum: quia esti possit intellectus ejus comparare aliud suum ad obiectum, ramo nulla comparatio, sive relatio rationis non includitur in ipsa operatione, quia operatio, secundum se, est beatitudo: non enim videtur rationabile, quod magis Deus sit beatus formaliter aliqua operatione includente relationem rationis, quam beatitudine Angeli includat aliquam talern relationem. Beatitudine creatura necessario requirit relationem ad obiectum, sed realem; & hoc, quia non potest habere maiorem unitatem cum obiecto, quam unitatem relationis. Operatio autem Dei habet cum obiecto veram unitatem, & identitatem, & ideo ibi nulla requisitio relatio ad hoc, ut ipsa sola, & absolute sit plene beatifica. In hoc patet una excellens beatitudinis divina super creaturam, quia illa, ut absolute, est plene ultimum bonum ejus: beatitudo creata non est ultimum, nisi cum relatione annexa. Quando igitur dicitur, quod est ultima perfectio, inquit unus praecise connectit cum obiecto, reduplicatio illa potest intelligi fieri, vel ratione relationis, vel ratione fundamenti proximi. Primo modo negandam est: quia ipsa formalis ratio relationis non est sibi ratio essendi ultima perfectionem. Secundo modo concedendum est, quod in quantum committit, hoc est, inquantum est fundamentum proximum concreta: sic est periclio ultima. Per idem patet ad illam confirmationem. Beatus est, qui habet, &c. Si enim habere intelligatur ibi importare relationem; tunc vel est delictio per illud, quod necessario concomitant operacionem beatitudinem, vel hoc nomen beatitudine non importat praeceps absolutum s: sed cum respectu ad obiectum. Si autem per se habere intelligatur operatio, quae obiectum habet, juncta illud Augustini 33. quies 35. habere Deum nihil aliud est, nisi nos, tunc habere beatificum non importat per se relationem, sed illi communmodo concomitatur. Contis hoc, non est contradicatio absolutum separari a relatione, sicut prius a posteriori, & maxime quando non est relatio dependens essentialis: igitur si operatio beatissima sit absolute, potest per potentiam divinam separari a relatione illa, & tunc est beatus, non tamen conexus obiecto. Posterior. Posterior generatione est perfectio secundum Philosopherum. Meraph. sed colatio, si est aliud ad operationem absoluta, est posterior generatione igitur, &c.

Ad primum alibi.

Potest dici sicut eridit in 4. distin<sup>t</sup>. 49. Doctor dicit, quod licet beatitudine non includat essentialem respectum, contingit ad obser-  
vandum, necessario tandem requiri ut sit perfecta, & completa beatitu-  
dine, ideo habens operationem illam sine tali relatione, non est vere  
& complete beatus. Quare in 4. dist. 10. q. finali, & hic supra di-  
singundo ad ultimum perfectione ad illud argumentum.

Ad secundum, illa propositio Philosophi debet intelligi procedendo  
in eodem ordine: quia si in alio ordine, vel gerere sit aliquid posterius  
generatione, non poterit, quod sit per se sedius. Si enim accidat est per  
fectius forma substantiali; & tantum isto modo est relatio posterioris ab-  
soluto: non enim in eodem ordine adventus tanquam proprium comple-  
mentum absoluti, sed ab soluto in habente proprium perfectionem comple-  
mentam ex illa perfectione, configurat relatio.

Ad secundum argumentum quod accipitur ex 7. Physic. si dicatur,  
quod Aristoteles omnia illa dicta non secundum opinionem propria-  
tem secundum opinionem Platoni; videtur posse habeti ex Com-  
mentatore, ubi in fine commentarii, Aristoteles (inquit) intellegi  
in hoc loco, non quod hec sit opinio eius, sed intentus declarare vim opinientibus hujus. Hac ille. Sententia etiam in le-  
gitimis illis, quan*imponit Augustinus Platoni* in 12. de Trin. & Aris-  
totelei primo Posteriorum, feliciter quod ad differe non sit nisi remissio  
sive; aut enim sic Acquirere cognoscitatem in principio, non est genera-  
tio, neque alteratio, homo enim sit sciens, & intelligens, quando  
anima eius quesicit, & firmatur, quemadmodum quando surgit a  
sonno. Et Commentator exponit, & in sua translatione appetat illa  
enim sententia, quod non mutare anima in prima acceptione scientias  
hunc mutatur, quando post impedimentum somni, vel obicitatis pot-  
est ut scientia, quae prius non potuit uti. Tamen potest alter dict, quod  
si Aristoteles illa dixerit secundum propriam opinionem, hoc uia quod  
motus, & mutationem non dixit per se est ad aliquum iomam, nisi  
qua potest propria acquisitione acquiri, & idem ad nullam formam dixit  
esse motum, quae tamum acquirere illa acquisita, sicut est de relatio-  
ne. Unde vult ibi quod in qualibet illis non est alteratio, sive que  
cum quedam alterantur, hoc est cum alteratio sit in aliis den&ta enim,  
aut rarefacta, &c. Et post. Situ finitas frigidorum, & calidorum  
conveniuntur quaedam est, & ideo finitas non est proprius terminus  
aliqua alteratio, sed aliquid alia alteratio terminus est ad aliquem  
gradum calidi, vel frigidi, & sive ipsum est conuenienter illi  
qualitatibus corporis, & scilicet finitas. Si autem hoc est mani-  
festum, scilicet quod scientia, vel actus consideratur, est sola relatio, la-  
tis patet, quod secundum intentionem Arisotelis ad illam non est  
mutatio, vel alteratio, sed probatur est in primo articulo, quod oper-  
atio non est sola relatio, & pars ratione, vel maiori, nec habens scientiam.  
Unde videtur aliquis ultra addendum, scilicet quod Aristoteles  
non concedit alterationem esse ad aliquam qualitatem, nisi quae potest  
primo acquiri, si quod ipsa non tantum consequatur per accidens ad for-  
mam inducens, sicut relatio, sed ne eius inducio sequatur indu-

inductionem aliquis forma prioris. Et tunc illa conclusio eius non est  
vera, nisi de alteratione immediata primo alterandi in illo ordine; & he-  
c ad scientiam, vel considerationem non est aliquis alteratio immediata  
primo alterans in illo ordine: quia primum est tale objectum extra,  
cognitio autem in intellectu non immediate causatur ab objecto ut extra  
sed ab aliquo inter, qua intellegimus, cum volumus, non autem senti-  
mus, cum volumus, secundum de animis quia ad intelligentiam habemus  
objectum intra, ad sentiendum requiremus objectum extra. Quid autem  
intelligere de tali alteratione, de qua dictum est, probatur: quia parva  
ante concedit sentia alterata, dicit, & ipsi sensus alterantur, patien-  
ter enim: actio enim ipsorum motus est per corpus, patiente aliqui  
finis; hic autem negat partem intellectivam alterata, & videat affi-  
gare pro ratione, quia nostra intellectiva accipitur non immediate ab  
objecto extra, quod est prius alterans in illo ordine, sed mediante  
cognitionis sensitiva. Unde ad probandum, quod nulla mutatio est ad  
scientiam, ar. 2. Ex ea enim, quae est secundum sensum partem experientia  
universalem accepimus scientiam. Et sic illud verbum bident, sciens  
maxime ad aliquid dicitur, debet intelligi sic, ad aliquid, id est, ad  
objectum intra, & non immediate ad objectum extra, quod est prius  
alterans, & illa conclusio fit particulariter intellectiva de alteratione pri-  
ma mutatio ad propinquum hunc ibi, quia conclusionem illam, feliciter  
quod movens, & motum hunc sunt, intendit probare inductio in fini-  
gulis motibus, & specialiter in alterationibus, videtur habere instantiam  
de illis qualitatibus, que non immediate inducuntur a primo alterante,  
quia ibi alteratio terminalis cum proximo a terrena, non tamen cum  
primo in illo ordine, de quo manifestius est, quod ipsum sit a terrena. Tertio modo potest dici, quod dictum Aristoteles est intelligendam de  
alteratione, que est motus: vel si est individuabilis, est mutatio termina-  
tiva, vel continuativa motus, vel falete, que est subiecti mobilis, vel  
mutabilis, & ab aliquo agente naturali. Nullam itorum inventur in  
parte intellectiva quia ipsa est individuabilis, & ita non susceptiva motus,  
qui requirit subiectum divisible. Ipsa etiam quia individuabilis, ideo non  
est localiter praesens aliqui agenti naturali: quia non replet locum agens  
autem Physicus non est actuum nisi in passu*in* passu*per* agentem. Solus  
autem per oppositum potest dici alteratio, & quia ibi componitur quan-  
tum recipit, & quia ab agente naturali, cui est localiter praesens. Itud  
tertiu*m* dicunt videtur satis vera, sed non videtur posse haberi ex  
textu Aristoteles ibi.

Ad tertium potest dici, quod in tertio modo relativorum sic concidi-  
tur relationem esse in substantia alterius extremi tantum: sicut in duabus  
primi modis conciderit relationem esse in substantia uniusque extremitatum.  
Unde dicit ibi Commentator: relatio est ad obiectum modis, aut relatio est  
in substantia uniusque extremitatum, aut in substantia alterius  
extremi, nunc autem in duabus primi modis non conciderit relatio  
essentialiter in utroque extremo; immo utrunque secundum se est ablo-  
lutum; sed dicitur ibi relatio esse in substantia uniusque extremitatum, ut in  
fundamenta proxima, sive ratione fundam*li*, & sic in tertio modo est

tantum in substantia alterius extremitate. Hoc planius habetur in aliis transationibus ubi sic habentur: secundum numerum, & potentiam dicta ad aliquid, hoc est primo, & secundo modis, omnia tantum ad similem, & quod si quicunque est alterius dicitur ipsum quidem: sed non esse, quod aliud ad illud: idem veritas vera, & sensibile, & intellectus eius, quod aliud ad ipsum dicitur, & ad aliud dicuntur. Vult dicere, quod relativum prima diabolus modis per se dicitur ad aliud, & non tantum eo, quod aliud referatur ad ipsum. In tertio modo tantum unus extremum est per se fundatum relationis: reliquum vero dicitur ad aliud, solum, quia aliud est ejus. Hic breviter dici potest, quod hanc est differentiam, quia in primis diabolus est relatio mutua, ita quod in utroque extremo est ratio fundandi relationem unam, & ratio terminandi relationem aliam. In tertio modo est relatio non mutua, sed ratio fundandi relationem est tantum in uno extremo, & in aliis ratione terminandi eandem. Quod autem additur ibi de illo, quod bis diceretur idem, &c. potest Commentator ibi sic intelligi, quod aliquid dicitur constitutum per illud, ad quod essentialiter dependet, licet illud non sit introspectum illi; & sic constitutum per illud, quod est mensura eius: si igitur intelligentia dicetur ad intelligentem, ut ad membrum, constitutetur hoc modo per ipsum; sed intelligens constituitur per intellectum, ut per formam suam: igitur est circularis in constitutionibus, licet non eodem modo constitutus: & hoc est impossibile: dum tamen utrumque constitutum dependet per se a constitutore: quia non potest esse circulus in per se dependentem; & hoc potest intelligi per illud dictum Commentatoris, ibi, & idem diceretur bis, & tunc idem eris causa, & causatum ejusdem, sed facilius exponitur litera A. Citoletta ibidem secundum alias translationes: quia si intellectus dicetur ad intelligentem, ut ad membrum, & cum dictus ad intelligibilem, ut ad membrorum, idem ut membrabilem estis bis dictum, hoc est ad utrumque diabolum, ut ad membrorum, quod est inconveniens de duobus diabolis, scilicet quod utrumque si complete mensura ejusdem.

De tertio articulo principali dico, quod relatio potest triplices se habere ad ab solutum. Uno modo contingenter, & per accidens, ut similitudo ad ab diuersum. Alio modo necessario, ut relatio creata ad Deum. Tertio modo secundum veram identitatem, sicut in Divinis ratione personale habet ad essentialium; sed non visetur, quod possibile sit amplior identitas, quo proprie dicatur identitas essentialis, quia nec relatio potest essentialiter inclusi in ab soluto: quia idem esth essentialiter ad se, & essentialiter ad alterum, nec ab solutum, & relatio possit inclusi in aliquo per se uno, per se uno, quod sit unus generis, & spiritus hic proprius conceptus per se unus, & quod ipsum sit per se in uno genere: quia sicut in rebus non potest fieri unus per se ex distinctis, nisi illa se habeant sicut proprius actus, & propria potentia in eodem genere, ut patet per Philosophum. Metaphys. sic non potest aliquid sibi habens per se conceptum unum, & cum hoc per se includens distincta, nisi conceperit unus sit per se potentialis, & alterius actualis per se determinans illius potentiam, relatio, ab-

absolutum non possunt habere tales conceptus, quorum unus sit per se determinabilis, & aliis per se determinans, quia si aliquis conceptus ab solutus sit indifferens, potest contrahi per conceptum ab solutum, quousque sit determinatus sub genere relativum: neuter igitur est per se contrariant, vel determinatius alterius: quia uterque sine altero natus est labore conceptum determinatissimum in propria coordinatione. Ex his ad propositum, in actu cognoscendi, de quo queritur, est aliqua entitas ab solutum, ut probatum est in primo articulo. Ibi etiam est al iqua relatio, ut probatum est in secundo articulo. Et ex isto ultimo habetur quod ab solutum, & relativum non possunt constitutre aliquid per se unum, nec saltem unus generis, quod scilicet habeat conceptum per se unum. Ex his sequitur, quod actus cognoscendi, vel non est aliquid per se unum unius generis; vel non per se includit illa duo, quia probata sunt ibi concurrent. Videlicet autem probatum in primo articulo, quod essentialiter includat ab solutum, & praeceps in primitatione, igitur videtur, quod actus talis non sit essentialiter relativus, sicut per se includens relationem. Vel si dicatur, quod est quoddam totum includens ambo illa: tunc non est aliiquid per se unum essentialiter relativum, sed unum per accidentem essentialiter includens alteram partem, sicut dicetur imprudente, quod homo albus est essentialiter albus: hoc enim imprudente dicitur, quia nihil essentialiter proprium dicitur de eo, quod non est in se aliud unius essentialiter, sicut nihil potest esse verum de eo, quod est in se nullum; sicut est illud, cuius ratio includit repugnacionem: quod quia non est in se possibile, ideo nihil dicatur de ipso possibile, vel ibi esse possibile: sic in proprio, quod non est per se unum, nihil potest et esse vere, vel per se idem.

Si queratur, supponendo operationem efficiere per se unum, & per consequens unius generis, ad quod genus pertinet: Potest dici, quod per se est in genere Qualitatis. Hoc probatur discutendo per genera. Partem, quod non est in genere Substantiae, & similitude de omnibus aliis generibus, praeceps quam de Qualitate, Relatione, Actione, & Passione. Non est autem relatio, ut probatum est in primo articulo: nec actio, nec passio. Probo primo per medium communem, illud scilicet quod postum est in primo articulo, qui sicut nulla relatio, ita nec nulla actio de genere Actionis, nec passio de genere Passione est potestio ultima agentis, vel operantis: haec operatio est perfectio, &c.

Præterea, actio est transmutatio alterius, inquantum alterum, sicut potest activa secundum Phil. 2. Metaph. est principium transmutandi aliud, in quantum aliud. Passio etiam est transmutatio ab altero, inquantum alterum: operatio autem cognoscendi, vel appetendi nec est transmutatio alterius, nec transmutatio ab altero. Quid, licet videatur esse manifestum, tamen probari potest: quia transmutatio activa, quam passiva est necessaria ad aliquem terminum recipientem esse illa transmutatio: quia secundum terminum formationis passum se habet alterum nunc, quam prius: Operatio autem non est ad aliquem terminum accipientem esse per ipsam: immo ex modo quo, habet terminum ad quem; nec est productiva termini ad quem, nec

hęc eductiva de potentia passū : nec inductiva in passū , sed presupponit terminum : Omnis autem actio de genere Actionis , vel est productiva termini , vel eductiva , vel inductiva , immo eo ipso , quo actio talis ponitur in Divinis propter generatio , vel spiratio , per ipsum aliquis terminus accipit esse , scilicet suppositionem genitū , vel spiratum . Tertio sic : agens actione de genere Actionis nunquam est simpliciter per se ipsum per illam , immo ex operatione sua complete agit communicando alterius perfectionem ; nunc autem operatio est perfectio simpliciter operantis : relinquatur igitur random , quod illud absolutum , quod sibi in operatione sit aliquid de genere Qualitatis . Et si quantum in qua specie . Uno modo posset dici , quod discutitur per species illius generis , rationabilius videtur ponendum , quod sit in prima specie : quia ita nulla alia potest poni . Parte dō secunda , & de quarta : determinat etiam patet , si in illa non sit nisi qualitas sensitiva , hinc videtur haberi in Prædicamentis , & etiam quod videtur innu 7. Phys . In illa etiam prima species videtur ponit omnes qualitates spiritualis , sive sunt in esse quieto , sicut sunt habitat : sive in fieri , sicut sunt operations : nisi forte dicteretur , quod operationes pertinent ad tertium speciem Qualitatis : & quod sunt passiones spiritualis . & quod Philosophus mentionebi ibi fecit expressio de passione corporalibus tanquam manifestioribus . Et per illa debent intelligi passiones spiritualis : licet autem in anima sit distinguere operationem proprie dictam a passione , cuiusmodi est delectatio , vel tristitia in voluntate ( quia operatio tendit quasi in terminum operationis ) passio autem , quasi a termino caufer in subiecto , sicut tristitia a tristib[us] in voluntate ) tamen in hoc conveniunt spiritualis operatio , & passio : quia utraque est in fieri in subiecto , & pro tanto utraque possit dici passio pertinent ad tertiam speciem . Quicquid autem dicatur circa hoc de prima specie , vel tertia : hoc solum videtur probabile , quod operatio sit in genere qualitatis . Contraria hoc videtur illud Phil . 9. Metaphysice , quorum inquit , non est aliiquid ait[ur] opus propter actionem , in isti existit actio , ut vides in vidente , & speculatori in spectante . Hac ille Intentionis haec est diligenter inter actionem transuentem , & immanente : vnde igitur ibi , quod aliqua actio sit immanens , sicut exemplificat de visione , & speculations : ramen confat , quod istae sunt operations : igitur operatio est actio , secundum cum . Item Phil . 3. de Anima . Intelligere quoddam pati est . Item 10. Ethicæ ad dicit sic : non tamē si non qualitatum est delectatio , propter hoc neque bonorum . Negat enim virtutis operations sunt qualitatis neque felicitas . Hoc eti[bi] . Item 7. Phys . sciens Cogitans dicitur ad aliiquid ubi Com dignus estimatur esse deinde aliiquid quam de Qualitate . Præterea . Per rationem ab soluto non distinguuntur specifica per aliiquid extensum , sed per propriam distinctionem interioram sibi , & ab soluto : non autem operations distinguuntur specifica per objecta distincta specie : quia operations circa distincta specie magis distinguuntur , quam operations , quae sunt circa objecta ejusdem speciei , ita autem distinguuntur numero , igitur illa habent numerus distinctionem , quam numeralem , & ita specificam . Præterea .

Operatio habet propriam perfectionem , & nobilitatem ab objecto , ut videtur facit manifestum . Et probatur per illud 10. Ethicæ c. 4. secundum unumquaque optimam est operatio optime disposita ad potentissimum est . & quia sicut sub ipsa , hoc est circa objectum optimum talis operationis .

Ad ita . Ad primum , operatio habet duas conditiones , in quibus convenit cum actione . Prima est , quod semper est in fieri : non dico successivo , quia operatio est indivisibilis , sed sibi in fieri , quod in continua dependencia ad causam tandem , & secundum idem , sicut dependencia rei conservatae ad causam conservantem : de qua dictum est prius in quadam questione habita de ista materia . Secunda conditio est , quod operatio transit in objectum , sicut in terminum : licet non accipiat esse per ipsum : quis presupponit in suo esse ; & propter illas duas conditiones potest operatio dici actio , sicut propter illas significatur grammatica per verbum actuum ; & propter eadem dicuntur operatio actus secundus . & ita illa distinctio actionis sic intellexit in transiunt , & immanentes non est genera in species , sed vocis in significaciones . Nata actio transiens est vera actio de genere Actionis , actio immutans est qualitas : sed aquivoco dicitur actio proper conditione prædictas .

Alio modo posset actio de genere Actionis dividiri in actionem immutantem , & transiuntem sicut superius in inferiori . Nata non solum adformat inductam per motum in passum aliud ab agente , est actio de genere Actionis , sed ad formatum inducit per mutationem in ipsius agenti . Illa cuius forma absoluta , cum sit nova , et terminus aliquis actionis proprie dicta , per quam accipit esse : quando igitur , forma terminans actionem est extra ipsum agens : tunc actio illa transit ; quando vero forma illa est in ipso agente : tunc actio est immutans . Distinctio istorum duorum modorum intelligendi actionem immutantem , patet : quia illud , quod secundum primum intellectum dicitur actio immutans ; hic dicitur terminus adhuc immutans , secundum alium intellectum ; & quod in alio secundo intellectu dicitur actio , communiter intelligimus per hoc , quod est elicere : quando dicimus , quod potens elicere operationem , & per hoc , quod est dicens , quando dicimus , quod memoria , sive suppositionem per memoriam dicit . Verbum : & per spirare , quando dicimus , quod per voluntatem h[ab]it[us] quis amorem . Ita secundus intellectus de ista distinctione actionis immutantis , & transiuntis , licet sic vetus non tamē est de intentione Philosophi , sicut primum , ut patet ex eo , quod dicit . Metaphysicon est aliud opus propter actionem : opus vocat operatum , præter autem illam actionem , quia inducere , vel educere operatio , est aliud opus , hoc est , terminus operantis , præter ipsam operatio : & sequitur ibi : in istis ex istis adhuc , ut vides in vidente , ubi ista explicit , quod visionem vocat actionem immutantem , non autem aliquam aliam , cuius visus sit terminus . Ad secundum potest dici , quod sicut esse alium est habere albedinem tanquam formam : sic sentire , vel esse sentientem , est habere sentitionem sicut formam . Unde si objectum , vel Deus canatur effectiva sentitionem , non dicteretur sentire ; sed ipse sensus in quo subjectiva recipitur sentio . Et i-

Igitur tentare recipere, vel habere sensationem, & sic intelligere recte, per intellencionem: quia licet intellectus, secundum aliquam operationem cauferet in se intellencionem: tamen non diceretur intelligens in hoc, quod cauferat, sed bone denominaretur aliquo modo a vello significante calorem actionem, vel causationem: ut propter hanc impositum tale verbum, intelligibiles quod igitur dicunt, intelligere est ipsi, non probat quod sit per se de genere Passiones: sed quod formaliter denominari per hoc, quod recipitur in aliquo subiective: ut sit sensus: intelligere est recipere intellencionem, & recipere ab quoddam pati. Ad aliud i.e. Ethic. dici potest uno modo quod operationes virtutis dicuntur actiones electivae operationum proprie dictatum, & illas actiones bona sunt: quia generatio boni est bona, illas autem operationes actiones non sunt qualitates, sed proprie sunt de genere Actionis. Ille intellectus videretur posse haberi a Commentatore, qui ad probacionem illius: neque virtutis operationes qualitates sunt, dicit sic, si quidem operatio mutuus est operationis, motu autem non est qualitas. Hac ille. Operativa motio potest dici modio ad operationem. Et subiectum per hoc, quod dicit, neque felicitas, potest dici, quod sicut nomen operationis sicutur hic nomen proprius pro actione terminata ad operationem proprie dictam, sic felicitas potest importari sumi pro actione terminata ad ipsam, & sufficit Aristotelei accipere operationes virtutis, & felicitatem, pro illis, pro quibus sufficienter potest inflare contra hanc propositionem, *omne bonum est qualitas*, contra quam intendit facere instantiam.

Alter potest dici ad illam autoritatem, quod inveni ibi tantum de qualitatibus, in esse quieto, cum dicit, neque virtutis operationes qualitates sunt, quod appetet per hoc, quod negat illis consequentiam, delectatio non est qualitas, igitur non est bona, & probatur, quod non sequitur per illam instantiam, neque enim virtutis, &c. Antecedens enim in ista consequentia non est verum, nisi de qualitate permanenti, nam delectatio vere est qualitas, sed in fieri, igitur sufficit sibi instare de illis, quae hoc modo non sunt qualitates, sicut nec delectatio est qualitas, & felicitas non in fieri. Quod autem delectatio vere est qualitas, probatur ex dictis ibidem, nam intendit probare, quod delectatio non est modio, omnium, inquit, motionum proprie videtur esse velo clavis, & traditas, vel in se, vel in comparatione ad aliud. Delectationi autem natus horum existit, transponere in delectationem velociter vel tarditer est: non autem est velociter delectari, vulnus dicere, quod delectatio noviter velox, & ideo non est mortus, sed contingit velociter transponi, vel transmutari ad eam, igitur potest esse termini non transmutationis velociter, sicut potest esse terminus mortus, sed leendum Philosophum & Physicomotus non potest esse per se ad actionem & passionem, sicut ipsa delectatio non est actio, ne plus, & tunc discurrendo per genera, sollicitus tandem, quod est qualitas. Illi igitur, qui fecerunt istam consequentiam, supposuerunt tanquam verum, *non bona est qualitas habens esse quietum*, delectatio non est talis, igitur, &c. Et ad illam inaparet tacitum in enthemmate, respondet Philosophus per instantiam de operationes virtutis. Quid autem non omnis op-

ratio sic actio proprie dicta, probatur per illud ibidem, c. 5. Appetere, inquit, delectationem, existimabat quis usque omnes: quod probat subdum: *Quoniam est vivere omnes appetunt: vita autem operatio quadam est* hoc ibi: quoniam vita, vel vivere possit dici actio de genere Actionis. Ad aliud de r. Physic. littera Philosophi, secundum eas, quae dicta sunt in secundo articulo, intelligenda est sicut quia scientia necessaria annexa est relatio ad objectum invenit: & ita non est a primo alterante immediate: nec per conseqvens ad ipsam est prima alteratio: sed illud, quod Commentator addit exponendo, *quod dignius est*, quod sit de c. ad Aliquid, quam de Qualitate: potest habere alium intellectum: de quo dicetur respondendo ad argumentum principale. Ad primam rationem diceretur, quod actus distinguuntur per objecta, quantum ad manifestacionemqua manifester est distinctio objectorum, quam actuum: & ex illa tanquam ex manifestaci*on* immotescit illa. Et confirmatur hoc: quia secundo de anima, sicut vult Philos., quod actus distinguuntur per objecta: immo magis, quod objecta sunt pravia ipsi actibus, propter quod operes prius tractare de distinctione objectorum, quam actuum: ita tria vult quod potentes distinguuntur per actus: Hoc autem non est essentialiter, quia actus est essentialiter posterior potentia: & posterior non est per se ratio distinguendi prius: igitur nec ibi illud aliud, scilicet de objectis in comparatione ad actus, debet intelligi de distinctione essentiali. Alter potest dici, quod a quo aliquid haberentur, ab eo haber unitatem, & per conseqvens distinctionem: causatum igitur sicut habet unitatem a quacum: causa per se, ita unitate, & distinctionem, & etiam quodcumque dependens ab illo, a quo dependet essentialiter, & maxim: verum est hoc, quando dependet ab aliquo tanquam a causa propria, *five termino proprio sua dependenda*: quia quando communiter terminar dependentiam ejus, & alterius, non ita accipiunt unitas ejus, & distinctione, secundum unitatem, & distinctionem talis termini dependet: nunc autem actus dependet ab objecto tanquam a termino proprio sua dependente. Concedi igitur potest quod actus distinguuntur per objecta, sicut per aliqua extinfecta, a quibus actus dependet dependentia essentiali, & propria: non tamen distinguuntur per illa sicut per formalia distinctiones etiam, quod est ad propostum, sicut per terminos relationis inclusa in actibus. Et cum dicatur, quod absoluta distinguuntur per extinfecta: Verum est tanquam per formalia distinctione. Si autem accipietur, quod non distinguuntur per extinfecta, concedendum est, sic intelligendu sicut per correlative, & per se terminos relationis: quia absolutum non requirit extinfectum, ut per se correlative, nec per se terminum relationis postule tamen absolute distinguui per aliqua extinfecta, sicut cauferata per causam propria, sive per illa, ad quia habent propria dependentiam in entitate, & unitate, & talia sunt objecta respectu operationum. Ad aliud rationem patet per ideam: quia actus, etiam non est essentialiter relativus, cum tamen sit per se medium unius potestiarum cali objecti: dicitur perfectior ex maiori perfectione objecti, sed illam perfectionem non habet ab illi tanquam a principio initiali, sed sicut a causa extinfecta, vel factum ab aliquo

extinseos, quod terminat dependentiam ejus effectualem.

De quanto principali dici potest, quod illa qualitas, que, vel operatio, vel includatur in operatione, non habet relationem ad subiectum magis essentialiter, quam aliae qualitates: & ido si ponatur alias non esse essentialiter relata ad subiectum; de quo non est modo quodlibet, nec illa ponetur essentialiter relata ad subiectum. Quod si dicatur istam esse in fieri, & per hoc essentialiter dependere a subiecto, quam alias, quae sunt in *fato esse*, vel in *quieto esse*. Respondeo: si illud non variet dependentiam ad subiectum, sed tantum variat modum effendi ipsius forma in se, vel falter in comparatione ad causam dantem esse.

Ad argumentum principale dici potest, quod si aliqua vox imponeatur ad praeceps significandum entitatem absolutam, que est operatio, vel in operatione, & pertinet in genere Qualitatis: significativa illius vocis potest intelligi non cointellegendo objectum in ratione terminis communiter voces impolite ad significandum operationem, & important relationem, vel principaliorem, vel comportando: & ratio est, quia operatio communiter intelligitur sub respectu residente ad objectum, & sub modo, quo intelligitur, sub eo communiter significatur. Exemplum, species intelligibilis eius absolute: & quod sicutem operatio eos concidere, qui ponunt speciem esse formalem rationem intelligendam, scilicet per se principiari unum actum, & tamem communiter vocatur similitudo objecti: non quod illa sit relatio, quam per se importat hoc nomen similitudinis: sed quia ipsa ex natura sua est quaedam forma initiativa, & representativa objecti: ideo dicitur similitudo talis, scilicet per imitationem, & etiam cum significatur per hoc nomen species, adhuc non significatur sub ratione absoluti praeceps, sed includendo illam relationem, sub qua communiter intelligitur. Unde etiam species dicitur aliecius objecti species. Constatuerit est de vocibus significandis operationem. Et si arguit: aliqui operatio, puta illa, que non est objecti, ut existentis, non habet ad objectum nisi relationem potentiam: nunc autem operatio cointellegere objectum tanguam terminum actualis relationis: quia qui intelligit alium cognoscendi, operatio: ut conciliatur objectum, non tantum ut cognoscibile, sed ut actio cognitus: igitur cognoscere importat relationem actualem. Respondeo, relatio, que, quantum est ex parte fundamenti, est actualis, & proper non entitatem termini, est possibilis: ipsa denominat frequentiam fundamentorum, vel subiectum, quia actualiter inesse. Exemplum: concedetur, quod anima separata non est tantum inadmissibilis ad corpus, sed quod inclinatur ad corpus, & tamen non est ibi actualis inclinatio, quia terminus non est in actu: sed pro tanto actualiter denominatur, quia quantum est ex parte anima, a-actualiter inesse. Constatuerit dicitur, quod scientia practica dirigit, licet non sit actualis directio secundum eam: Pura quando nulla alia potest ad intellectu operari, ne dirigatur secundum eam. Constatuerit dicitur, quod abido est mensura omnium colorum: & sic de primo in quolibet genere resolutio posteriorum: licet quando non sit actualis intenditio properet secundum terminum. Constatuerit potest diei hic, quod quia relatio operationis ad objectum tempor, quantum est ex parte ejus,

insestit actu, ideo sub ratione ejus, quia actualiter inherentes, operatio intelligitur: & sic significatur: & sic objectum cointellegitur, in terminis actualiter dependentiam. Iste, quod dictum est, verum est, & cointellegitur tempore objectum sub ratione mensura: quia relatio mensurabilis est ibi potencialis, ne prius dictum est: nunc autem intelligendo operationem, oportet co-intelligere objectum, tanquam illud, quod attingitur per operationem. Verius igitur video ut dicendum, quod oportet objectum co-intelligi talia actum, ut terminum contingentia unionis in actu, quam ut terminum dependentia, vel mensurabilis: ista autem contingentia est relatio rationis in actu abstractivo: sed quia sub ratione illius relationis attingit, tunc communiter intelligitur, & hoc attingentia actualis: licet illa non sit actualitas realis, sed actualitas relationis rationis: & idem conmutat operatio significatur sub tali relatione actuali, & oportet objectum co-intelligi, ut terminum talem relationem aduersum. Hinc patet, quod illud assertio, in Predicam, nihil prohibet idem in pluribus generibus enunciari, non est verum de aliquo per se uno sed de aliquo uno per se ceteris: quod erat: quandoque uno nomine significatur: sicut forte hoc nomen scientia; sed non proper hoc est unum proprium, quod est unum secundum definitonem, secundum illud 7. Met. c.3. Definitio vero est, non per nomen rationis ita significare, annet enim rationes efficiunt termini, hoc illi definitiones, & probando consequuntur, subdit: Erit enim nomen, quod cultibus rationis idem, quare & illas definitio erit. Et ex hoc potest intelligi dictum Averro. 7. Phys. Dignitatis, inquit, quod sit de c. ad Aliquid, quam de Qualitate: quod forte verum est quantum ad ille, quod formalis est in significato nominis imponit ambobus, vel illi toti per accidens: quod est abolutum sub respectu. Ex hoc etiam forte potest intelligi illud 5. Metaph. quod aliqua dicuntur ad aliquid secundum genus, ut medicina, inquit, eorum, est, que ad Aliquid, quia ipsius generis scientia videtur esse eorum, que ad Aliquid, nomen terti speciei imponitur praeceps ad significandum qualitatem, & propter hoc non dicitur ad proprium correlativem. Nomen autem generis non imponitur praeceps ad i. significandum genus, sive qualitatem, sed ad significandum ipsum sub respectu.

#### Q U E S T I O N E X I V .

*Vtrum anima sua naturali perfectioni relata possit cognoscere Trinitatem personarum in Divinis.*

Consequenter queritur de his, que pertinent specialiter ad creaturam habentem vitam intellectualem. Et primo de his, que sunt communia homini, & Angelo. Deinde de his, que sunt homini propria. Communia sunt ita: intellectus, & voluntas. De intellectu fuerunt quæstiones: unum de objecto, aliud de causa activa actus intelligendi. I. fuit: Utrum anima sua naturali perfectioni relata possit cognoscere Trinitatem personarum in Divinis. Et idem potest queri de Angelo. Videatur quod licet quia potest cognoscere aliquem a se cognoscendi, potest etiam cognoscere objectum, ut est objectum illius substantiae autem anima, vel Angelus, ex sua perfectione naturali potest cognoscere actum beatitudi-

alterius animæ, vel Angeli: & objectum illius actus est Deus trinus: igitur, &c. Probatio majoris, actus est naturalis similiter objecti: actus eius per se tendit in objectum: igitur qui cognoscit illum actum propriæ utrunque conditionem predicitam, sequitur, quod cognoscat objectum. Probatio minoris, potest non impedita, sed sive naturali perfectioni relata, potest cognoscere quocunque contentum sub suo objecto: primo, sive adæquato, aliquo non est libi adæquatum: sed objectum adæquatum commune tam Angelici intellectus, quam nostri, est ens in communio, vel sicut ens limitatum, actus autem beatificus creature continetur sub isto objecto primo. Contra: objectum supernaturale non potest creatura cognoscere ex perfectione sua naturali: quia tunc non est libi supernaturale: nunc autem Trinitas est objectum supernaturale, in obiectum beatificum: igitur, &c.

Ad intellectum questionis aliqua praesentantur. Primo, de perfectione naturali animæ, vel Angeli. Anima humana, eti in quoconque statu, sive felicite naturæ instituta, sive definita, sive restituta, habeat eandem perfectionem naturalem, intelligendo de illa, quam ex necessitate naturæ requirit: tamen ad perfectionem naturaliem supremam in solo tertio statu attingit, in quo non tantum habeat supernaturalem perfectionem gloriae, sed etiam perfectionem supremam ipsius naturæ. Posset igitur intelligi quodlibet vel de illa perfectione naturali, quæ semper habetur: vel de ista positiva: & tunc in primo intellectu bene proprie dicitur anima relata, &c. sed in isto secundo intellectu, magis proprie queritur hoc modo: An anima ad perfectionem naturaliem septemdam reduita, ex ista perfectione possit sic cognoscere Trinitatem. Secundo, primito, quod anima posse cognoscere aliquod objectum, uno modo potest intelligi ipsam, posse recipere illam cognitionem: alio modo ipsam posse attingere in illam cognitionem: & hoc, vel ex sola, vel sicut ex concurso caularum: quia natu concurrendo naturaliter ad illum effectum. Itorum membratum secundum inferit primum: sed non a converso: quia ad primum sufficit nuda capacitas: quonodo lapsi per opus suum non potest cognoscere, quia reportat sibi recipere illum actum. Ad secundum autem requiriunt, quod tali capacitate correspondat aliqua causa activa naturaliter: quia vero difficultas est principalius in secundo membro questionis, ideo de primo breviter expediendo posset concedi, quod si intellectus possibilis ex proprio potentiæ receptiva cuiuscunq; intellectu, ita quod licet requiratur aliquod præviu[m] intellectio[n]is: non tamen tanquam potentiæ receptiva, vel ratio recipiendi, sive superficies ponitur ratio recipiendi colorem: tunc quocunque ens, quod habet in natura sua intellectum possibilis, potest ex natura sua cognoscere quocunque cognoscibile, hoc est recipere cognitionem ejus, quantum est ex parte sui. Tertio, primito, quod cognitio intellectiva, de qua est quatuor, potest intelligi imperfecta, aut imperfecta: & intelligo ad propositionem, non de perfectione intensiva, sed de perfectione ex parte objecti: quod subiectum intelligatur perfecta, quia attingitur objectum sub partibus rationis

sive cognoscibilitatis; hec est, per se propria, & distincta: Se per op[er]um possum, imp[er]fecta: dicatur illa, qua attingitur rationis per accidens, vel rationis in aliquo conceptu communio, vel conuictio. Item, cognitio diligenter vel ei in diuina, vel immiedata. Dico immedata, quia: objectum non mediante aliquo alio objecto intelligitur, per quod, vel in quo intelligatur: ita quoq; hic excludit medium cognitionis, non autem medium s' quod est per se præcisus ratio cognoscendi, vel intelligendi. Ex istis sequitur, quod ad solutionem questionis tria sunt videnda. Primum, de cognitione imperfecta: secundo, de cognitione perfecta immiedata. Et tertio, de cognitione mediatâ, & in quolibet illorum, ad quam potest anima, vel Angelus attingere ex perfectione naturali uno modo, vel alio intellectu.

De primo, Intellectus secundum Philosophum tertio de Anima, habet duplē operationem, scilicet intelligentiam simplicem, & intelligentiam compositionis, scilicet compondere, & dividere intellectu: & prima potest esse sine secunda, & non sic e converso, &c. Primo igitur videndum est de prima cognitione. Dico, quod anima ex perfectione naturali, etiam quama habet in isto statu, qui est inter tres status infimus, potest habere intellectum imperficiens istorum terminorum, Deus, & trinus: non autem perfectam: potest enim ex cognitione huius entis abstrahendo, cognoscere eum secundum se, & sic de bono & hoc modo, quæm tangit Augustinus 8. de Trin. cap. 3. Bonum hoc, & bonum illud, & ille hoc, & illud, & vide ipsum bonum, si potes. Ita Deus videt, & ibidem inferius, latet patet, quomodo non solam potest cognoscere Deus in isto quasi confuso concepuit boni: sed in conceptu quadammodo proprio: & intelligitur bonum per clementiam, vel bonum luminum. Unde aut in inferno. Si potes sine illis, quæ participative bona sunt per participationem ipsum bonum, cum tu participatione sunt bona, perpexeris Deum. Confiniatur per hoc verum, potest intelligi ipsum verum, & secundum Augustinum ibidem cap. 2. Deus veritas est, cum dicitur veritas, manes si potes in intellectione veritatis, & si intelligas veritatem, non tantum in communio, sed per se, etiam habet conceptum quadruplicatum proprium Deo. Breviter dico, quod quoconque transcendentis per abstractionem a creatura cogitur, potest in sua indistincta intelligi: & tunc concepit Deus quæm confusæ, sicut animali intellectu, hoco intelligitur. Sed si tale transcendentis in communio intelligitur sub ratione aliquius specialioris perfectionis, puta sumnum, vel primum, vel infinitum: iam habetur conceptus sic Deo proprius, quod nulli alijs convenit. Confiniatur abstrahendo a numero proprio accepto, qui scilicet est quantitas discreta, rationem proprie differentiationis, habet potest conceptus ejus, quod est Trinitas, & ad istum modum acquirendi cognitionem simplicem istorum terminorum, Deus, & trinus, sufficit natura animæ, utiam in hoc statu. Quod probatur primo: quia fidelis, & infidelis contradicentes sibi de nomine dominibus; sed de conceptibus: quod non est, nisi utique in intellectu suo habebet conceptum terminorum. Hoc secundo: probatur: quia fides,

fides quæ distinguunt illorum ab illo, cum non sit habitus inclinatio ad af-  
sentendum ex notitia terminorum, sed non est ratio no[n]cendi terminus, sed  
presupponit eorum notitiam. Tertio potest idem ostendti, quia ab aliis  
ratio est ab hoc ente, & summi ab hoc summo in sensibilibus est nat-  
uralis, & illa duo sibi conjuncta non habent repugnantiam, & propter  
quod ratio illa, ex *summum*, non est ratio in *ratio*, sicut loquitur  
Philosophus 5. *Metaphys.* cap. de *Falso*, quod illa ratio est in se falsa,  
cu[m] partes includunt topognostiam, & illa non potest concepi aliquo  
actu humiliter intellectus, & per opportunitatem illa, ex *summum*, potest  
uno actu concepi, & quia alterum solum non repugnat alteri. Reita ul-  
terius videtur, qualiter animz habens notitiam de predictis terminis s[ic]  
scilicet Deus, & trinitas, possit ex natura sua cognoscere veritatem huius  
propositionis, *Deus est trinus*, & cum possit intelligi de comple-  
xione habeti vocata creditur, vel scientia, & hoc vel scientia pro-  
pter quid, vel quia, & videndum est, quod illatum possit haberi de illo  
complexo, *Deus est trinus*. Dico, quod utrum, scilicet notitia cre-  
dibilis, falso acquisita, potest haberi etiam modo ex naturalibus.  
Hoc probatur, quia secundum Augustinum 11. de *Civit. cap. 4.* Ea  
que remota sunt a nobis sensibus, quoniam nostra testimoniorum scire  
non possumus, de his alioz rebus regimur, c[on]sue[ti] que credimus, a quo-  
rum sensibus remota esse, vel falsa, non credimus, & Idem 11. de  
*Triuit. cap. 12.* Adest, ut fore non negemus, quod testimonio didic-  
imus aliorum. Alioquin ne quis sit occidit, nec nos esse terras,  
aque urbes, que celebreris causa committit. Ex his, & simil-  
ibus affectioribus eius habemus, quod credere possumus testimonio alio-  
rum, etiam tam fumiter, ut illud credere dicatur apud cum scriere: ig-  
tur magis possumus, & magis debemus credere tali magis vera, &  
adiu[m] magis conunitati, quam profane singulari; nunc autem Ecclesie  
Catholicae et communias maxime vera, quia illa maxima veritatem  
commendat, & mendacium reprehendit, si igitur eius testimonio certissime  
credi potest. Et praecepit in illis, in quibus illa plus damnat men-  
dicium, putat de his, quae sunt fides, & moribus. Potest igitur viator  
ex natura sua, audita, ex intellectu, communia doctrina Ecclesie firma  
credibilitate asserere his, & que ipsa docet de fide, & moribus. Inter  
que principale est de Trinitate in Divinis. De ista credibilitate acquisita  
videatur accipi illud ad Romanos 10. *Fides ex auditu*, scilicet fana, do-  
ctrina Christi, de qua subdit, *Auditus autem per verbum Christi*. De  
illa etiam potest accipi illud Augustinii contra epistolam fundamentali, *Be-  
ne*, inquit, *Evangelio non credere, nisi me Ecclesia Catholica au-  
toritas compellere*. Sed ultra istam fidem acquisitam habemus fidem  
intuitam, & ad illam habendam, licet posse hominem ex naturalibus se di-  
ponere, non tam ex natura intuitiva, nec etiam concurrentibus qui-  
bulicunque causis naturaliter motibus, intellectus ad eam potest acti-  
gere, quia illam fides Deus intundit, qui non est causa naturaliter motiva  
aliquius intellectus causati. Comparando ideo infallit, & fidem ac-  
quisitam ad actum credendi, in hoc convenienter, quod quando infallit  
Ecclesiam anime, actus uetus, & item credendi elicitor secundum inclina-

tionem utrinque, quia quanto summa de loco, & que naturaliter inclinat ad actum in eodem optante, utraq[ue] quantum est de se, necessari-  
tio, & semper inclusus ad actum: & ideo quandocumque actus elicetur,  
elicitor secundum inclinationem utriusque. Et si per hoc, quod est actum  
credendi iniici fidei illi, intelligatur actum elici secundum inclinationem  
eius, tunc concedendum est, quod actus credendi iniicit utriusque.

Et tamen differentia una quantum ad hoc, quod est actum elicere, ista  
feliciter quod ex fide acquisita, etiam si sola infat, potest elici actus cre-  
dendi, sicut credimus, certis articulis testimonio, fide digno afferentis  
ad quos tamen non inclinat aliqua fides infusa. Hereticus enim in uno ar-  
ticulo differt, alios articulis credendo, non ex fide infusa, cum illa non  
potest habere cum haec in quoconque articulo, sed ex fide solum infusa non  
potest quis elicere actum credendi, & hoc de lege communis licet Deus  
fidei infusa afflendit, propter mores incolae cum ad absentem inclinat  
aliquem illi, ad quod fides illa inclinat; sed tunc forte non ex sola inclina-  
tione fidei illius elicetur actus illi, sed ex motione divina, & multo  
magis de lege communis ex fidei infusa non potest haberi actus creden-  
di. Hoc patet de puer baptizato, & quia si possit nutritur in deferto,  
vel inter infusas, & nullam habet doctrinam de credendis, namque  
actum credendi elicetur. Et ratio est, quia fides infusa inclinat  
ad credendum ea, quia non habent evidenteriam ex terminis, nec inclinat  
aliquam evidenteriam confectionis terminorum, si termini non ap-  
prehendi ex sensibus. Contra, nec fides acquisita inclidit talem eviden-  
tiam. Responsum quare alibi.

Respondeo, sicut h[ab]et eri posse in 3. d[icitu]r. 22. & 24. Fidem infusam  
nobis inesse, est tantum creditum, ideo nullum modo evidenteriam fac-  
cit. Acquisitam experimus nobis inesse, quia mediante obiecta credi-  
bilitas per se audiunt per praesentiam. & si aliquo modo evidenter, licet  
proprie nequa sit ex obiecto evidens. Per infusam sine acquisita non  
potest quis exire in actum, ut patet statim superius: evidenteriam ba-  
het acquisita ex testimonio revelanti, sive predicanis.

Alia differentia est, quantum ad hoc, quod est actum inniti fidei:  
quia fides infusa non potest inclinare ad aliquod falso, inclinat autem  
virtute luminis divini, cuius est participatio; & ita nonnulli ad illud quod  
est confitente illi luminis divino: actus igitur credendi inquantum inniti-  
tur illi fidei, non potest tendere in aliquod falso. Sed fides acquisita  
communiter innititur affectioni aliquo tellus, qui posset desiderare, & ideo  
illa fides non tribuit actui credendi, inquantum sibi innititur, quod non  
possi sibi subest falso, frequenter tamen non sibi subest falso: quan-  
do scilicet tellus, cu[m] testimonio innititur in testifero, illud sit veras.  
Et dixi, *communiter*, quia Deo immediate revelandi, posset quis cre-  
dere credibilitate acquisitam aliud non sit verum revelati a Deo, quam  
fidei credendi, vel nonnulli casati immediate a Deo, eis cui sit re-  
velatio. Et quandocumque ad idem inclinat fides infusa, & acquisita, tunc  
necessario acquisita non subest falso, non quod haec necessaria sit ex ip-  
sa fide possita, sed ex infusa concurrente cum ipsa ad eundem obiectum  
innititur igitur actus credendi fidei infusa, tanquam regula certe.

omino infallibili, & qua actus habeat, quod non possit esse falsus: sed inhibetur acquisire tamquam regula minus certa: quia non per illam repugnat actu, quod est illius, vel circa illum objectum. Contra istam differentiam potest argui sic: quando ad eundem actum concurrit regula infallibili, licet cum regula initialibili, ille actus non est infallibilis. Probatur per simile, quia ex doabus premisiis, quarum una est necessaria, & alia contingens, non levatur conclusio necessaria. Ex ratio est; quia quod dependet ex pluribus, non potest esse perfectioris conditionis quocunque illegitum: nunc autem quicunque actus credendi ad hoc quod elicatur, dependet a tunc de acquisitione motente: igitur si illa sit infallibilis, nonquaque actus elicetur ex principio tali, qui sibi posset subfieri falsum. Respondeo, ad quodcumque inclinat lumen fidei intusa, illud est determinante verum, si autem ad idem inclinet finali aliud, quod quantum est de se, possit inclinare in falso: non ab illo alio, ut tale, sed ab isto lumen habetur, quod in illo actu non sit deceptio. Tertia differentia postulon, quae convenit cum prima, quia scilicet est, quod non percipio me inclinari in actu per fidem infusam, tunc secundum illam elicere actum; sed tantum percipio me affectum secundum fidem acquistam, vel ejus principium, scilicet testimonium, cui credo: quia si percipierem me habere actum secundum fidem infusam, & cum hoc scirem, quod secundum fidem infusam non potest haberi actus nisi determinate verus: perciperem, quod actus meus non posset esse falsus, quia ex hoc sequitur, quod perciperem, quod objectum actus non posset esse falsum, & tunc secundum illud, id est infallibili cognoscendum, illud est verum, quod nullus experitur in se, ut credo, quantumcumque alios habeat, utramque fidem, & secundum utramque alienas; & tantummodo igitur credimus in universalis quod tendens in aliquod complexum secundum inclinationem fidei nititur, in hunc non potest errare: quis autem, & quando secundum eam tendit, nec pleniter tendens fiet, nec alius, nec aliquis certitudinaliter experitur. Contra hoc i.e. de Trinitate, cap. i. Non sic videtur fidei in corde, in quo est ab eo cuius est, sed eam tenet certissima scientia, clamataque conscientia: & post: Illud quod credere subvenit, videtur non possumus; ipsorum tamen fidem quando est in nobis, videamus in nobis. Respondeo: intelligit se hinc videti; quomodo concedit animam semper se nocere: non quod semper sit actus elicitus: sed quia semper est perfecta praesentia obiecti actu intelligibilis. Vnde subdit ibi, rerum absentium praesens est fides &c. ita quod generaliter illud, ad quod habet anima potentiam accidentaliter propinquam no[n]cendi, hoc Augustinus dicit eam noscere. Alter diceretur, quod accipit fidem pro abu credendi, de qua ibidem patrum post dicit: Aliquando rebus falsis accommodatur fides hoc est, alius actus credendi.

De scientia autem quia, dico, quod non potest aliquis modo ex naturalibus attingere ad sic intelligendum Trinitatem in Divinis: quia non potest scire illud de causa per effectum demonstratione quia; quo circumscripsi remaneat in causa quicquid est necessarium ad causandum: sed circunscripta, per impossibile, Trinitate, habetur quia;

quid necessarium est in Deo ad causandum creaturam: quia & principium formale causandi perfectum, & completum, & supponit habens illud principium formale perfectum, patet in quadam quicunque probabilitate de hoc mota: videtur autem ad causationem sufficiere suppositionem perfectum habens principium formale per se ipsum. De scientia vero properter quid, dico, quod non potest anima modo ex naturalibus attingere ad scientiam properter quid. Deum esse trinum, quia notitia eius, quod est proprium suum subiecto, non continetur virtualiter primos & evidenter, nisi in per se proprio concepto subiecti vel in ipso subiecto sic concepto esse trinum, est huiusmodi respectu Desigatur non potest sciri properter quid de Deo, nisi habito talis conceptu Dei: sed talis non habetur pro statu isto de lege communis. Sicut patet in prima conciliacione, quia fuit de simplici notitia terminorum. Probatio majoris: quia, tale proprium, aut sciatur de subiecto proprio, & per se concepto, & tunc patet veritas illius majoris: aut sciatur de subiecto concepto in universalis, vel distincti, & de ipso sic concepto non potest sciri properter quid nisi per se conceptum illius proprium & distinctum. Exemplum: esse primam figuram non potest sciri properter quid de aliqua figura in communis, nisi per medium proprium, scilicet per rationem circuli: nec mirum quia predicatione proprium ad hoc, quod sciatur properter quid, requiri medium proprium. De isto fieri properter quid, vera efficiunt duas prime conclusiones: quia potest sum lupa, in qualitate omnipotentia: sed non sum hic ad proprium, quia hic tanquam qualitate de notitia possibilis modis hic haberi ex naturalibus.

De secundo principali licet notitia per se, & propria, & immaterialis possit distinguere in intuitivam, & abstractivam: de qua distinctione prius est habitum, tamen de utraque videtur ista conclusio tunc tendenda, quod anima non potest artificare ad notitiam Dei propriam, & immaterialiam ex perfectione sua naturali, etiam pro quocunque statu naturae: concurrentibus etiam quibuscunque causis naturaliter motivis ipsius anima ad cognoscendum: & idem dicitur de Anno. Et ratio est: quia omnis talis intellectio, scilicet per se, & propria, & immaterialis requirit ipsum objectum sub propria ratione objecti presentis, & hoc vel in propria existentia, puta si est intuitiva: vel in aliquo perfe<sup>tto</sup> representante ipsum sub propria, & per se ratione cognoscibili, si fuerit abstractive: Deum autem sub propria ratione divinitatis non est presentis alicui intellectui creatus, nisi mere voluntarie. De presentia reali patet per illud Ambrosii super Lucam: In ejus potestate socii est videri, cuius natura nostra est videri, si vult videtur, si non vult non videtur, optimo dicit, quod ejus natura non est videri, supple auctoratur, quia ejus natura non est causa naturaliter activa hujus visionis: necceriam aliquis natura creata, quia est naturaliter activa, potest esse causa hujus visionis, vel perfecte praeferre obiectum: quia non potest continere in se perfecte efficientiam illam secundum entitatem suam: tunc ne secundum suam incapacitatem. Per idem etiam patet, quod nihil creatum potest esse causa ejus praesentie etiam abstractive apud intellectum, quia non potest causari alicuius, quod sit representativum.

proprium, & per se divinitatis sub propria ratione cognoscibilis: quia tale representativum non potest causari, nisi vel ab ipsione cognoscibili; & vel ab aliquo perfecte continente ipsum sub ratione sua cognoscibilitatis. Et siigit Deus possit cognoscere per aliquod representativum: illud tamen non potest causari nisi immediate per ipso Deo illud voluntas causante. Contra illud, quidquid per se continetur sub primo objecto naturali aliud potest, ad illud poterit potest naturaliter accingere; siloquin objectum primum non esset adequatum potestate, sed transcendentis in ratione objecti: nunc autem est, quod est primum objectum naturale intellectus, vaginile convenienti ipsi Deo, igitur, &c. Diceretur quod objectum primum naturale potest dupliciter intelligi. Uno modo, ad quod potencia inclinatur. Alio modo ad quod potencia potest naturaliter attingere, scilicet ex concreto easdem naturam: ens in sua communitate, sive in univocitate, sive analogie, non uno modo, sed ponatur objectum adaequatum cuiuscunque intellectus creandi, loquendo de objecto ad eum primum modo: non tamen de objecto adequato secundo modo: immo sic pro quoconque statu, cuiuscunque intellectus creandi precise, ens limitatum est objectum adaequatum, quia per se illud potest attingi virtute causa, naturaliter motiva intellectus. Sed nec enim ad hoc in tanto communiceat etiam objectum naturale intellectus humani, ut videntur aliqui dicere: sed specialiter quidditas rei materialis. Ad quod ponitur talis ratio: potentia enim proportionata objecto: triplices autem ponunt potencia commutativa, quadam omnino separata a materia, & in essendo, & in cognoscendo, ut intellectus substantia separata: alia conjuncta materia, & in essendo, & in operando, ut potencia organica, sicut lenitus: tertia que est forma habentis esse in materia: sed ipsa non utitur materia, sive organa materiali in operando, tali est intellectus motorius. Iti triplici potentiae correspondunt triplices objectum proportionantur, prima quidditas separata omnino a materia: secunda singulare omnino materiale: tertia igitur correspondere quidditas rei materialis: quia sicut sit in materia, tamen non cognoscitur ut in materia singulari. Sed contra arguitur, quia si illud intelligentia de proprio objecto intellectus humani, ut est talis potentia, requiretur quod intellectus huius habenter quidditatem rei materialis pro objecto adaequatio: vel si non, non maneat eadem potentia quo modo, quorum, utrumque est falsum. Nec valer dicere, quod elevatur per lumen glorie. Nullus enim habens clavis potestiam potest habere objectum, quod transcendat primum objectum potestie, quia cum ille habitus non esset illius potestie, & vel est ultra in se potestia, vel facere potestiam esse aliam ab illa, sicut habet illud objectum primum. Dico igitur, quod objectum naturale, hoc est naturaliter attingibile adaequatum intellectus nostro, est pro statu isto se quidditas rei materialis: vel tunc adhuc specialius, quiditas rei sensibili, intelligendo, non de sensibili proprie tamen, sed etiam de inclusu essentialem, vel virtutibus in sensibili: tamen objectum adaequatum intellectui nostro ex natura potest non est aliud specialius objecto intellectus Angelici, quia quidquid potest in-

telligi ab uno, & ab alio, & hoc saltem concedere debet Theologus, qui ponit illum statum non esse naturalem, nec statum impotentiam intelligenti, respectu multorum intelligibilium, esse naturale sed parvulum. Juxta illud is. de Trin. 27. Cetera, inquit, omnia suis intertribus lux illa monstravit, illa, scilicet eterna, de qua ibi locutus est. Et subdit: Quae igitur causa est, cur actio fixa lucem ipsam videre non posse? nisi usque infinitas? Et quia eam sibi feci? nisi iniquitas, ex deo lux supra beatitudinem. O tu anima mea, uni te sensi esse? Unde jaceat? Sequitur: Agnoscit recte te esse in hoc stabulo, quo Samaritanus ille produxit illum, quem reperit mulier a latronibus infelix vulneribus fermeo usus restitutum. Tamen Philofopius, qui statum illum dicit, simpliciter naturalem homini; nec aliud expertus erat, nec ratione cogente conclusit, diceret forte illud sibi objectum adaequatum inservire. Nam humani simpliciter ex natura talis potest, quod percepit sibi esse adaequatum pro statu illo. Contra ista arguitur, quod ens non tantum limitatum, sed limitatum in objectum naturaliter motu intellectus creandi, & ita ens ut est indifferens ad utrumque, est objectum adaequatum naturale, scilicet per actionem causa naturaliter agentis articulatio. Et arguitur primo licet. Evidenter objecti primi accepti secundum statum totam indifferenciam, ad potentiam, quam primo respicit acceptam secundum statum totam indifferenciam, et idem modus se habendi in movendo, scilicet naturaliter, vel non naturaliter; nunc autem ens limitatum mouet naturaliter aliquem intellectum, ut divinus: igitur simil modo mouet qualibet intellectum. Alia est minor ista, aliquod ens mouet naturaliter intellectum caustatum. Et sequitur: Igitur qualibet simil modo mouebit. Major illa probatur, primo inducendo de potentia, & objectis carum primis, & per se objectis concertis sub illis primis. Probatur secundo, quia objectum proprium secundum statum suum indifferens est adaequatum objectum, & respicit potentiam suam secundum statum genus suum, ut proprium extremum: aliquis igitur est modus proprium secundum quem hoc extremitus respicit illud. Ille igitur idem modus filiabitur inter quaecunque extrema particularia contenta sub illis primis extremitatibus, quia particularia extremita, & se respiciunt secundum hoc, quod includunt prima extrema, & ita se respiciunt eodem modo, quo illa prima. Præterea: Omnis actus precedens adam voluntatis est modo naturalis: nunc autem actio essentie divina etiam ut est objectum movens intellectum creatum, precedit actu voluntatis: igitur, &c. Probatio minoris, quia essentia, ut essentia, est objectum beatissimum: nunc autem essentia ut voluntas, velut volens: igitur moveat ad actum beatissimum convenientiam essentie ratione, quia essentia est: & per consequentem illa actio prior actione voluntatis. Confirmatur, quia si per impossibile Deus non esset volens, essentia sua naturaliter moveret intellectum ad videndum ipsam: igitur & modo similitus movet, cum non moveat in quantum volens, sicut nec est prius objectum in quantum volens. Præterea: Objectum omne significat notitiam actualium sui, & ita significit est naturalis, propter quod

genitus dicitur proles secundum Augustinum 9; de Trin. cap. xiiij. sicut ita visus essentia in intellectu Beati naturaliter gignetur ab illa essentia. Preterea. Si voluntas necessario concurrit cum essentia in ratione principi motivi ad actum beatissimum intellectus creari: quare, qui est ordinis essentia, & voluntatis in movendo? voluntas enim non potest dici ratio motiva prima, & essentia secunda: quia vir. utr. eum moveret. Quoties igitur datur conversio, scilicet quod essentia sit prima ratio motiva, sed prima ratio motiva in movendo tenet suum proprium modum movendi. Non enim determinatur ad movendum ille, quod secundum est, sed determinat ipsum ad movendum: sicut videtur, quod activum naturaliter quantum est de se, necessario agit: in illa tamen actione, in qua subiicit voluntati, non necessario agit: sed potest contingere agere & non agere; non quidem ex se, sed propter contingentiam in voluntate ad agendum. Similiter, si voluntas in agendo subiiceret principio, naturaliter actio determinaretur ad illo ad determinandum agendum.

Hic intelligendum est, quod motio omnino prima in entibus est necessaria naturalis: quia omni motio voluntatis est alia prestatimposta, & si aliqua motio in entibus est non naturalis; maxime motio voluntatis est non naturalis. Item, aliqua motio potest intelligi eis ad terminum simpliciter infinitum; aliqua autem ad terminum finitum, vel ad infinitum incidentem finitum: & illa, quia est ad terminum infinitum simpliciter, est prior: quia non potest infinitum praexigere finitum. Sicut igitur loqui possumus, licet improprie accipiendo motionem extensive, assignari potest ordo motionum in entibus; & sic loquendo: omnino primum mobile motione naturali, extensive loquendo, et intellectus divinus, & ideo primum motuus motione naturali est essentia divina, ut et primum objectum intellectus sui: igitur omnino prima motio est naturalis motio intellectus divini: suo objecto: & cum naturale moveret mobile in quantum potest, illud autem objectum potest movere ad intellectum actualiter sui: & hoc intelligenda ingenita illius persona, in qua primo est essentia: & ad qualiter porro ita vellet, ad quemque naturaliter movebit, licet ordine quodam: quia quod sit alius principium operandi operatione immutante, & producendo productum distinctum, quodammodo est prius principium operandi. Si dicas, quod productio immutans in divinis sit operatio. Respondeo, productio non immutans quantum ad terminum, operatio autem omnino immutans. Similiter essentia est naturalis morivit ad intelligentiam quocunque intelligibilem simplex, sed non nisi prius illa essentia sit in omnibus suis suppositis, non quidem quod sine hoc esset defectus principi actus; sed ex parte termini rejurit ordo. Sic igitur completa est actio in re naturali, & ad terminum omnino primum, scilicet infinitum, ubi motio omnino prima est electa, vel quae elicere intelligentiam in intelligentia paterna. & huc proxima est gignere Verbum. Hanc sequitur actus, quae nata est esse ad terminum omnino primum, puto ad essentiam primam communicandam, que licet non sit parvulus, tamen

tamen est omnino necessaria. Et hoc est motio voluntatis; & hoc quasi est duplex, scilicet ad amare simpliciter, & etiam ad amorem procedenter, & hoc duplex motio voluntatis correspondet duplice motioni naturali, quo dicitur esse in intellectu ad intelligere, & dicere. Contra actionis naturalis in eodem procedit actionem non naturalem; non autem, per te, actione naturali intellectus divinus intelligi creabilis: igitur illa actio procedit omnem actionem voluntatis; & ita spirationem Spiritu sancti. Respondeo, major est vera, loquendo in eodem ordine ex parte termini, hic autem est alias ordo ex parte primi termini, & secundi: & ideo naturalis in uno ordine sequitur non naturalem in aliis ordinibus: prima enim distinctione ordinum attribuitur ex parte terminorum; secunda ex parte principiorum, quantum ad modum principiandi. Contra: ordo principiorum est prior ordine terminorum, sicut & principium termino: nam per principium terminus producitur, vel communicatur. Respondeo, antecedens verum est de termino totali, qui simpliciter capit esse; non autem de termino formalis, qui solimodo capie esse secundum quid. Completo autem rito isto processu originis respectu primi termini, scilicet essentia divina communicande: sequitur ordo alias respectu termini secundi essentiae, scilicet creabilis: & quidem essentia ipsa divina in illo secundo ordine movere primo ad intellectum omnipotentem omnisi intelligibilis; & hoc intelligentia, ut jam est in tribus suppositis, non autem movere ad distinctionem notitiam veritatis cuiusdam complexionalis, quia si moveret determinate ad cognoscendum alteram partem in futuris contingentibus; cum naturale movere necessario moveat, sequitur quod intellectus divinus necessario intelligeret hanc partem contradictionis fore veram, & ita vel posset errare: vel oppotuit non posset evenire, & tunc non esset contingens, sed necessarium illud, quod ponitur esse contingens. Si quicquid, cum idem videatur esse ordo cuiuscumque intelligibilis ad primum intellectibile, quare primum non esse necessario movere ad cognitionem cuiuscumque. Respondeo, naturaliter movere: & per consequens necessario ad cognitionem cuiuscumque, quod est possibile naturaliter, & necessario cognosci: huiusmodi est quocunque objectum simplex, & etiam quocunque complexum verum necessarium, non autem tales est aliquod complexum de existencia contingentis: quia non est naturaliter determinatum ad veritatem. Et si queras, quare non necessario movere ad talen cognitionem de complexo habendam, qualis posset haberi de eo? Respondeo, aut moveret ad cognoscendum sub distinctione hoc forte, vel non forte, & hoc cognitio non est determinata de altera parte: aut si moveret determinate ad cognitionem alteram partem, illam necessario esse determinata. Completio igitur ratione ordinis motionis necessariae, & sequitur motione contingente illa non potest esse per principium naturalis motionis, quia illius non est nisi necessario movere: igitur oportet illius motionis principium ponere voluntatem. Et si huiusmodi motione contingens ordinata, primo ad intellectus ipsa voluntas determinatur in se ad volendum alteram partem,

nunquam determinabit aliquid ad extra. Primo igitur determinatur, ad volendum hoc forte determinante: secundo, ex hoc intellectus voluntatis determinacionem voluntatis intelligibilem, novit hoc esse futurum; et convertendo igitur est in motione necessaria, & contingente, quia in necessaria primum principium est naturale, & ideo primo naturaliter determinatur ad propriam actionem. In contingente autem primum principium est liberum, cuius actionem in primo ordine sequitur naturalis. Completa vero motione conlouentia ad intra, sequitur motione ad extra. Illa igitur tota est contingens, & per consequens immediate ipsius voluntatis, ut principii. Nullum igitur intellectum creatum moveret essentia ut essentia tanquam motivum per modum naturae, sed omnem intellectum illius essentiae, quam non causat aliquod creatum, causat immediate voluntas divina. Per hoc pater ad argumenta jama facta in contrarium. Major enim primi argumenti debet ne intelligi, quancunque potentiam immediate mobilium a tali obiecto ipsum obiectum uniformiter moveat.

Nunc autem quantum ad primam minorum, essentia divina est motiva immediate nisi intellectus, sed non intellectus creatus: quia intellectus divinus est primam mobile omnino. Et ideo primo moveretur a prima forma motiva: & nihil aliud est immediate mobile a prima forma motiva: quia non potest immediate movere, nisi primo modo motionis: & nihil aliud natura est sic moveri. Si igitur conclusis, quod essentia divina eodem modo moveret omnem intellectum: concedatur quem immediate moveret; sed illa est iesus intellectus divinus: ut patet ex dictis. Alia autem minor, scilicet quod objectum creationis naturaliter moveret, vera est de intellectu, quem immediate moveret: falsa autem est, si aliquem intellectum moveret mediante acta voluntatis, quia illum non naturaliter moveret, sicut si voluntas mea posset libere causare intellectum essentiae mea in te. Sed illo modo forte non est de aliqua essentia, & voluntate creata: quia qualiter essentia est immediate motiva intellectus creatus, & ideo motione naturali: nulla autem voluntas creata est motiva ad intellectum per se alicius essentiae, ut essentia est: quia nec per se eam continet eminenter, vel unitive, & qualitercumque sit de objecto creato movere intellectum naturaliter patet prius, quod est eadem ratio de essentia divina: quia ipsa non est immediate motiva alicius intellectus, nisi primi. Ad aliud dico, quod movere ad actum beatissimum non est proprius actus illius essentiae divinitatis: neque est prius actu voluntatis: immo est proprie actus illius voluntatis. Essentia enim quodammodo prior voluntate, licet sit objectum primum, & immediatum illius voluntatis in ratione terminantis, tamen non est objectum immediatum in ratione motionis, sed tantum moverem remotum, pro quanto movere intellectum divinum ad visionem precedentem illud verbum, quo moveret intellectus Michaelis ad visionem. Et per hoc pater ad confirmationem ibi possum: quia si illa essentia non esset formaliter volens, nihil omnino possit causare ad extra, quia nihil potest causare nisi naturaliter, & quocunque ex-

exirentem, cum si formaliter possibiliter, non posset esse necessario, nisi contingenter. Ad tertium dico potest, quod essentia non habet rationem motivi ad voluntatem sui in intellectu creato, nisi in quantum praesupponit ipsam motivalem intellectum divinum ad visionem, que praesupponitur ipsis verbis divinis, motivo intellectus creati: non igitur se habent essentia, & voluntas, ut movere superius, & interius, proprio loquendo, sic intelligendo, quod utrumque attingat ipsum motum; sed tamen voluntas attingat intellectum creatum: tamen praesupponit motionem intellectus divini ab ipsa essentia, huius quia ipsa voluntas non habet illud verbum, quo moveret. Si arguitur contra hoc, quia voluntas, ut voluntas, non potest movere nisi ad videndum voluntarem, ut voluntas est: non autem ad videndum essentiam, ut essentiam: nunc autem videre voluntatem, ut voluntas est, & non essentiam, ut essentia est, non est videre objectum beatissimum. Probatio minoris, quia idem est objectum beatissimum intellectus creatus, & intellectus divini: intellectus autem divinus non beatificatur in videndo voluntarem, ut voluntas est: quia voluntas non est primum objectum intellectus sui: & non beatificatur nisi attingendo primum objectum. Probatio majoris, quia cum voluntas sit quasi posterior ipsa natura: quia proprietatis non potest esse principium causandi perfectam voluntem essentiae, ut essentia est, quod quodammodo est prior, & perfectior, iuxta illud Damascenii. Totum, inquit, in seipso comprehendens habet esse, volunt quoddam pelagius substantiam infinitam, &c. Ad illud dico, quod quia voluntas est perfecta idem cum essentia: ideo potest esse principium motionis ad videndum essentiam, ut essentia est: neganda est igitur illa major: verum quidem est, quod ibi affirmatur, scilicet quod voluntas potest esse principium motionis ad videndum voluntatem, ut voluntas est: falsum autem est, quod ibi negatur, scilicet quod non potest esse principium ad videndum essentiam, ut essentia est. Ad probationem majoris respondeo, quod prioritas illa est quasi prioritas fundamenti: sed illud fundamentum non solum est perfecte idem cum illo, quod intellectus fundatur in eo: sed etiam illud habet perfectionem formalis formaliter infinitum. Propter quod perfecte, identice, & unive consistet perfectionem fundamentali, & proper istam rationem potest voluntas esse principium communicandi essentiam: quia ipsa est identica omnino ejusdem perfectionis cum essentia. Ad aliud posset dici, quod Augustinus loquitur ibi de notitia, quae est verbum. Unde cum dixisset: Nascitur proles ipsa Trinitatis notitia, subdit in fine capituli illi quodammodo imago Trinitatis ipsa mens, & notitia eius, que est proles, causa de seipso verbum ejus, & amor terius. Hec ille. Non igitur quocunque notitia actualis objecti est verbum ejus, sed illa sola, que de ipso nascitur tanquam proles: hoc est, non tantum est naturalis similitudo ejus, sed naturaliter significat ab ipso nascendo: notitia igitur actualis, que producitur immediate per voluntatem non est verbum objecti: quia etsi sit simileudo naturalis objecti: non tamen est naturaliter genita. Et propter istud posset dici, quod beatissimus non habet verbum de Deo, quia etsi illa via in usus di-

## Quodlibet.

vix essentia ipsam naturaliter representans, non tamens est imago naturalis naturaliter ab ipsa procedens, sed illius essentia est tantum unum verbum, & hoc in solo intellectu increato, in quo solo potest essa notitia ipsius objecti naturaliter genita. Alter posset dici ad illud qd de Trinitate, cum dicit Augustinus quod *omnis res quam cognoscimus, congeneratur in nobis notitiam sui*; quod vel intelligitur de re, quam naturaliter cognoscimus, hoc est, ex causa naturaliter motivis intellectus nostri. Illa quidem in seipsis, vel in causis suis congenerata est hoc est naturalis fructuositate, & necessitate causata in nobis tanquam naturaliter similitudinem notitiam sui: & sic verbum non gigantur, nisi de memoria: nunc autem objectum, quod sit cognitum per actum voluntatis, non oportet praesertim in memoriam saltem non agere, ut praeservent in memoria. Sic igitur modo dicto salvatur proprie ratiō verbi. Vel si hoc, quod ait *omnis res*, extendatur etiam ad essentiam divinam, tunc illud, quod sequitur, scilicet congenerat notitiam sui, debet intelligi vel formulare pro objecto naturaliter motivo, vel aequivalenter pro pto objecto increato: quia ipsum vel per se, vel per aliquid sibi idem, causat in nobis notitiam sui: quia aequivaleret in percipiendo intellectum, ac si esset proles naturaliter genita: quia est similitudo naturaliter dicens in objectum: sicut si esset ab objecto naturaliter expressa. Nunc videatur sequi, quod essentia non est representativa sibi Michaeli prius natura, quam visu eius causatur in Michaeli & igitur multo magis non est representativa aliquis alterius, sed tan ipso: quam alia contingente representant per actum voluntatis: ita quod ipsum representante non est procedens quoniam docens; ipsam intellectum objecti, quod dicitur representari. Sed si queratur hic representatio quoniammodo prior actus intellectio ne, illa tanquammodo inventur in memoria: & in memoria divina nihil proprii est, nisi objectum, quod quasi tributum actum primum, sive immediatum actu secundo, scilicet intellectum aequali: illud autem sic aequalis est presentia completa primi objecti, scilicet essentia divina. Contra: quoniam igitur Beatus videt objectum secundarium in ipsa essentia, si non est aliquo modo ibi representatum, & non representatur sibi in voluntate & quia voluntas non est simulacrum in quo videatur, lucet per voluntatem manifestetur. Respondebo lapidem videtur in essentia divina, non ut in speculo, in quo relucat, ut objectus praefens; sed ipsa essentia se solam; & soli suo intellectui se representat ante alium intelligibilem lapidem videtur in essentia divinam objectum secundarium in primo objectum quidem motivis ad intellectum secundi: sicut movere intellectum proprium, & fecit intellectum nostrum movere principium ad conclusionem: sed ordine primi objecti, & secundi terminantis quodammodo slio feliciter voluntate, movente ad illa duo objecta ordinis quodammodo actum intellectus terminans.

De tertio principali dico, quod anima ex naturalibus in quocunque statu, vel Angelus non potest cognoscere essentiam divinam sub ratione propria mediate; sic intelligendo, quod per objectum cognitionis medium, vel in objecto cognito medio cognoscatur ratio eius: quia nihil potest per

se distingue intelligi huc modo mediate: nisi in illo medio continetur essentialitas, vel virtualitas, & hoc perfecte, scilicet secundum rationem cognoscibilium suarum: essentia divina in nullo alio se continetur; igitur &c. Minor probatur, quia nihil aliud a divinitate continet eam per se: sub ratione entitatis igitur non sub ratione cognoscibilis. Major probatur, quia objectum quodcumque si moveat ad aliquam notitiam, tunc secundum ultimum virtutum motiva movere ad propriam, & pertinet eam notitiam sui: igitur nec potest moveare ad notitiam simpliciter perfectioris illa, nec per consequens ad notitiam propriam perfectioris objecti. Contra istud infatur, primo contra rationem sic: sufficit, quod causa virtualiter continet illud, cuius est causa, ita quod ad hoc: quod sit causa, non oportet, quod conatur illud, cuius non est causa: nunc autem quidquid moveat ad divitiam, & perfecdam notitiam essentie divinae, non propter hoc oportet, quod est ea causa illius essentiae: sed tamen causa illius notitiae: igitur haec non continet illam essentiam, ut probatur, si tamen continet illam notitiam: ut puta, quod in perfectus ea, sicut substantia est perfectio accidentis, hoc sufficit ad hoc quod moveat intellectum ad talen notitiam: videtur autem quod illa notitia possit eminenter concipi in substantia Angeli, vel animae, cum illa substantia sit multo concreta, quam notitia: & multo immaterialiter ipsi objecto in ordine essentia.

Præterea. Instauri contra conclusionem illam probatam. Primo sic: Per illud, quod est imago propria alieuius objecti, videatur posse diligenter cognoscere illud, cuius est imago: sic enim sensus vultus distinctor cognoscit objectum in speculo, nunc autem non folius Angelus, sed etiam anima ei imago Dei, secundum Augustinum 14. Trin. cap. 8, uterque autem potest distinctor cognoscere seipsum: etiam ex naturalibus, sicut de ipsa anima, & de qua minus videatur, vult Augustinus 14. de Trin. c. ult. Quoniam semper se nos, semperque seipsum, velle comprehendebatur. Similiter etiam semper sui meminiisse, semperque seipsum intelligere, & amare comprehendebatur: quoniamvis non semper se cogitare deficerat, &c. Et eodem lib. 14. cap. 4. vel 5. Diximus menem noscere semipipam: nihil enim tam novis mens, quam illud, quod sibi præfio est: nec menti magis & quidquam praefio est, quam ipsa: sicut: & de hoc ibidem multum c. 6. & 7. Secundo instauri ad idem per hoc, quod intellectus creatus beatus potest naturaliter cognoscere suum beatissimum: igitur per illum potest naturaliter cognoscere objectum. Consequens ita probatur: tunc, quia actus est naturalis similitudo objecti: immo videatur esse expressionis similitudo, quam est species intelligibilis ipsius objecti, si ponetur: igitur objectum diligenter potest cognoscere per ipsum, ut per naturalem similitudinem suum tum, quia non videatur, quod actus possit cognoscere, ut est hujus objecti, nisi cognoscatur hoc objectum sub ea ratione, sub qua ipsum est actus.

Ad ista. Ad primum dico, quod nihil sufficienter continet rationem virtuali ipsam notitiam, nisi continet objectum cognoscibile, tanquam proprium representativum eius, scilicet formale, vel eius representativum virtuale: & species autem propria objecti, est in respectu eius dimidiat in ente.

evitare, tamen esse in ipsum primo modo, tanquam, feliciter repieg-  
ficiatum per ipsum contineat; sed quando non est representativum for-  
male objecti, operet, quod virtualiter contineat tale representativum  
proximum; & quando est representativum, sicut objectum cognitum  
tunc operet, quod continet illud objectum, quod per ipsum debet co-  
gnosci. Ad duo alia argumenta, negatur ergo, quod anima, vel  
Angelus ex naturalibus potest cognoscere seipsum, & etiam animam suum  
beatissimum. Sed quia utrumque videtur contineti sub proprio objecto in  
intellectus huius, & illius, & hoc suo primo naturaliter accingibili, scilicet  
sab ente limitato; ideo dici potest alter, quod tam anima, quam  
Angelus, licet potest naturaliter noceere se quantum ad illud absolutum,  
quod ipsum est notitia sui; non tam potest naturaliter noceare se, in-  
quantum est imago Dei, & hoc se esse inaperte. Dei; quia non potest na-  
turaliter cognosci relatione; nisi naturaliter potest cognosci utrumque ex-  
trellum. Pro ista responseione videtur esse illud Augustini 17. de Trin. 24.  
vel 70. Qui vident, inquit, suum mentem; & ita Trinitatem illam  
scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem; nec tamem cre-  
dunt ea, qui intelligentiam esse imaginem Dei, speculum quietem  
vident; sed usque adeo non vident per speculum, id est, ima-  
ginem Dei; ut scilicet ipsum speculum, quod vident, sciant esse  
seculum, id est imaginem.

Contra istam responseionem dupliciter agiri potest. Primo sic; rela-  
tio imaginis, vel et idem cum essentia anima, vel Angelii, vel faltem  
necessario consequens naturam ejus: igitur per ipsum cognitum potest  
ipsa relatio cognosci. Antecepimus probatum est, quia relatio dependentia  
essentialis, vel idem naturae dependens, vel necessaria conque-  
nitur; quia si contingenter advenire natura, natura potest esse sine illa  
dependencia, & ita non essentialiter dependet; relatio autem imaginis  
videtur esse relatio dependentia imitans ad illud, quod imitatur.

Secundo sic. Potest potest naturaliter cognoscere quodcumque con-  
tentum sub suo primo objecto naturali; nunc autem sub ente limitato,  
quod est primum objectum naturale intellectus creandi, continet illa te-  
lato imaginis: quia ipsa non est infinita, cum sit in fundamento finita.  
Ad primum: relatio non potest cognosci nisi cognoscatur utrumque ex-  
trellum; quando igitur fundamentum non includit terminum in ratio-  
ne cognoscibilitate, plenum non est causa sufficiens ad cognoscendum re-  
lationem: ita est hic. Et cum arguitur, quod per ipsum potest perficere co-  
gnosci, nisi esset entitas absoluta, ad cuius cognitionem non requiriatur  
aliquid cognoscere in ratione termini. Contra hoc, quod includit aliud in en-  
titate, & in cognoscibilitate: fundamentum autem illud includit in en-  
titate relationem illam, si necessario consequatur ipsum; igitur & includet  
ipsam in cognoscibilitate. Respondo, non includit eam in entitate, ut  
totalis causa ejus, sed in proxima causa: supponit tamen alia causa, scilicet termino: quia & ipsum fundatorum illam aliam causam sup-  
pone. Confunditer concedo; quod includit eam in cognoscibilitate,  
prae-supponit alia causa ejus in cognoscibilitate, & hoc, si simpli-  
citer

est, simpliciter: si autem aliqui sed illi cognoscendi, scilicet Angelos  
vel anima, & hoc naturaliter, sive ex causa naturaliter motivis, non  
presupponit objectum, sive terminus esse naturaliter cognoscibilem;  
& id fundamentum licet sit hinc naturaliter cognoscibilem, non requiri-  
rat relationem hinc esse naturaliter cognoscibilem. Ad secundum, ens  
limitatum & ad se, vel si etiam est limitatum, & ad alterum, tamen  
limitatum est naturaliter objectum intellectus creati; sed entitas limitata  
in se, qua est essentialiter ad alterum illimitatum, non est naturaliter  
intelligibilis ab intellectu creato, sicut nec terminus, sine quo nec ipsa  
intelligi potest. Licet ita responsiones probabilitate videantur salvare,  
quod aboluta entitas anima, vel actus beatissimi potest naturaliter intel-  
ligi ab anima, licet non naturaliter possit intelligi ab ea relatio ad ter-  
minum, nec per consilium potest. Deum intelligi in ratione termini illius relationis: tamen rationes illae de anima, & de actis video-  
tur habere aliam difficultatem: unam communem; quia per illud s.  
quod est naturalis imago objecti potest ipsum objectum cognoscere, licet  
per hoc, quod est imago non cognoscatur relatio imaginis. Exem-  
plum: per speciem albi in oculo videtur album, licet non cognoscatur  
relatio illius speciei ad album: & ita est de intellectu; ponamus  
speciem intelligibilis. Et ratio est: quia illa relatio fundata in spe-  
cie sensibili, vel intelligibili non est formalis ratio cognoscendi ob-  
jectum; sed illa forma, in qua fundatur relatio, igitur in proposito, li-  
cit non naturaliter intelligatur relatio anima, vel actus beatissimi ad  
Deum: tamen quia est tale fundamentum, quod ex se est similitudo  
objecti, per ipsum potest cognosci objectum. Videtur etiam stare  
ratio prius facta de actis, quia actus videtur esse formalis similitudo ob-  
jecti, & actualius, quam species intelligibilis, si ponatur: igitur est  
per speciem potest objectum distincte intelligi, vel cognosci, magis vobis  
aque potest intelligi per actum. Videtur etiam stare aliud, quod sicut  
ibi takson: quia quot actus intelliguntur, ut est objectus, & non intel-  
ligi-licet objectum sicut illa ratione, sub qua ternatim actum videtur esse  
contingit: nunc autem ex naturalibus anima, ut est beatissima; ut potest  
cognoscere ex natura sua actum beatissimum, ut est beatissima; per con-  
sequens, ut est objectus beatissimus; quia eti non habeat actum illum ex  
natura sua; tamen super illum actum jam existentes potest reflexi, &  
hoc virtutem sua naturali. Quod probo, primo per illud 17. de Trin.  
cap. 1. ubi dicitur. Qui dicit scio me vivere: unum aliquid se scire  
dicit, prouide, si dicit, scio me fare me vivere, duo sunt. Et se-  
quitur: sic potest addere tertium, & quartum, & innumerabilia, si  
justificat, potest, inquam, ea virtute naturali: si tamen sufficit  
ad continuandum illos actus reflexos. Hoc probatur secundo: quia  
si ad actum reflexios requiriatur aliquod supernaturale, tamen rationes  
ad novum actum, novum supernaturale, & tamen sicut in infinito pos-  
set procedi in actibus reflexiorum, sic in infinitum requiriatur aliud. Se  
aliud supernaturale, quo reflexatur. Confirmatur: quia actus tertius  
habetur se ad secundum, sicut reflexus ad rectum: si igitur postro-  
posito, non potest anima reflexi super illum, nisi visueto aliis: impo-

naturalis ad hoc elevantis i pati ratione nec per tertium reflecti potest super secundum, nisi per aliud supernaturale.

Hoc probatur tertio: quia intellectus actus, quem habet potest percipere, & experiri, & hoc secundum propriam perfectionem illius agens, & ex natura ipsius potenter: sicut quando video ex virtute potentia naturalis, percepio me videre, & possum illud ex ratione virtutis visiva percipere, si esset reflexiva, sicut intellectus.

Ad ista aliquid esse medium cognoscendi, vel in cognoscendo potest intelligi duplicer. Uno modo, quod sit medium cognitum, sic quod per ipsum cognitum cognoscatur aliud; sicut cognoscitur conclusio per principium. Alio modo, quod non sit medium cognitum, sed ratio cognoscendi solum: sicut species sensibilis in sensu est ratio sentiendi. Primo modo nihil potest esse medium cognoscendi, obiectum aliud, nisi continetur in cognoscibiliitate illius obiecti, secundum quam illud cognoscitur per illud: quia si illud excedat illud in cognoscibiliitate, tunc illud qualitercumque perfecta cognitione deficit ab illo cognito in cognoscibiliitate. Secundo modo bene potest aliquod esse medium cognoscendi aliud i lete cognoscibilius sua propria deficit a cognoscibiliitate illius, dum tam sit natum ducere in illud, ut cognoscibile. Per hoc patet ad primum, quia hanc anima sit imago Dei, tamen non est nata esse medium cognoscendi Deum, secundo modo, sed tantum primo modo, ut haberet potest ex autoritate Augustini prius adducta. Qui video tuam mentem, &c. Medium autem cognoscendi, secundo modo reflectu illius medii ut cogniti, est aliquid proprium formale reperientivum ipsius animae. Et per illud cognoscitur anima sub propria ratione tanquam perfectissimum reprehensibile per illud, & per consequens per illud non potest intelligi Deus sub ratione sua intelligibilitatis, sed tantum in aliquo diminuto intelligibili invante, & participante intelligibilitate eius.

Exemplum huius apparet in sensu, quando enim species coloris videtur, sicut quando radius trans per vitrum rubrum, rubor apparet in parte opposita: ille rubor ita visus non est rati videndi ruborem in vitro, sed propriam ratione, sed tanquam media diminuta, vel forte nullo modo, nisi per collationem huius ruboris ad illum, tanquam simili: quando autem species angustius est ratio sentiendi obiectum sub propria ratione sua, ipso non est percepta per sensum, sicut apparet manifeste in visione recta: ubi nullus videtur in medio inter colorem: & oculum: & tamen est ibi species coloris multiplicata. Sed contra: licet hoc ibi in visione tamen reflexa videtur, quod ipsa species videtur, quia hec quod videtur, apparet videtur in speculo: & tamen in tali visione reflexa species est ratio sentiendi obiectum in ratione sua propria, quia obiectum videtur sub propria ratione visibilitatis sua: ergo a simili, in proprio potest Deus videtur per medium quasi speculum: & tamen sub ratione propria obiectum.

Sed hic dicendum: quod dilates in perspectiva sua lib. 4, cap. 4 ex intentione determinat: quod species non est in speculo subiectiva, neque est ibi, ut terminans actuū videns, Et breviter ostendit po-

test unicò experimento: quia quod alibi existens in se videtur ab eo, cuius existens in hoc: & potest etiam videri ab ipso existente in alio situ: dum tamen medium sit illuminatum, & non sit opacum interpositione, & sit etiam debita distansia: sed oculus, qui in determinato situ existens videret album in speculo, alibi existens, non videret: quia non sit visus ista, nisi per illa puncta, ad quem pervenire potest radius reflexus, qui semper est in eadem superficie cum radio incidente, & cum ipso conformatum angustum aqualem illi angulo, qui intercipitur inter radium incidentem, & corpus, super qua excedit. Partes etiam proprias per hoc, quod aliquis speculu non iuri formaliter perficiatur, sicut in calice polito, & argento polito, non videatur aliquis color tanquam in speculo: & tamen in illis non recipitur species coloris: quia non est ratio visus nisi in perspectiva tanquam modi: ergo hic recipitur in aere propriis talibus speculis: sed usi ibi non potest terminare visionem: quando etiam recipitur in specula perspicua vitro, adhuc ibi non terminatur visus, nisi ad aliquid opacum suppositum: puta plumbum, vel aliud huiusmodi. Dico ergo, quod in visione talis speculari species non est visus: sed tantum ratio videndi obiectum illud cuius est species, non tamen per lineam rectam, sed per lineam reflexam. Unde obiectum quidem non est profectus vel per lineam rectam, sed reflexum concurrit cum recta in puncto: ubi est concurrens radii visus cum cibicio.

Et per idem secundum: quia actus est similitudo cogitata, & talis non sufficit ad cognoscendum illud, cuius est actus, sicut species intelligibilis in uno intellectu visus, aliis intellectu videnti eam non sufficeret ad percipiēt cognoscendum obiectum, cujus est.

Contra, actus in uno intellectu cuius est, est ratio perfecte attingendi obiectum tanquam praetens per illum actum: igitur ei, cui illi actus est praesentialiter notus, & ille per illum actum notum, poterit attingere illud obiectum: quia per illum attoni: & in illo habet idem obiectum sibi praetens. Respondeo, intellectus, cui actus insit, per illum, & ut ratione proximam attingendi, attingit obiectum: supposita tamen praesentia obiecti propria: cui autem illi actus est cognitus & non habet illum, ut sibi propriam rationem attingendi, sed ad hoc, quod habaret actum, qui formaliter attingeret & oportet habere album actuū, & cum hoc proprium praetens obiectum. Ad aliud, cum arguitur, quod anima ex natura sua potest reflecti super actuū beatissimum, ut beatissimus est: hoc potest negari: verum quidem est, quod reflecti potest, sed non nisi virtute illius, virtute cuius habet actuū rectum. Non plus probat auctoritas Augustini, quia non dicit, quod possit semper ex sola natura, sed si habet actuū rectum, potest reflecti super illum, vel ex virtute naturae, vel ex virtute illius, per quod habet actuū illum, & non sequitur inconveniens de processu in infinitum: quia idem supernaturale sufficit ad actuū rectum, & ad omnes reflexos. Ad illud etiam de sensu pater, quia quod percipio me videre, est quod hoc non est per potentiam visus, tamen non est per potentiam aliquam inferiorem, sed iuste per aliquam superioriem, cuius est cognoscere actuū visus.